

(hoc est, si ante acceptum iudicium dolo quid fecerit) esse excipiendum. si vero non in rem suam dolum presentem in exceptione conferendum. Si autem si procurator sit, cui omnium rerum administratio concessa est: tunc de omni dolo eius excipi posse Neratius scribit.

19. Mandavi Titio, ut te stipularetur deinde Titius Scio, & stipulatus te Scius est, & iudicium edidit. ait Labeo, excipiendum esse tam de meo, quam & Scij dolo.

20. Licet queritur: si debitor meus te circumveniebat, te quoque mihi rem dedit, & ego ab te stipulatus fuero, deinde petam: an doli mali exceptio obstet, & magis est, ut non tibi permittatur de dolo debitoris mei adversus me excipere: cum non ego te circumvenierim, adversus ipsum autem debitorum meum poteris experiri.

21. Sed & si mulier, post admittit dolum, debitorem suum marito in dorem delegaverit: idem probandum erit, de dolo mulieris non esse permittendum excipere, ne inducatur fiat.

22. Apud Iulianum quaesitum est: si heres soceri, a quo dos peteretur, exciperet de dolo mariti, & mulieris, cui pecunia quaereretur: an oblitura esset exceptio ex persona dotis ab herede soceri petat, & heres excipiat de dolo filiae, cui ea pecunia acquireretur, exceptionem obtinere. dos enim, quam maritus ab herede soceri petit, intellegitur (inquit) filiae acquiri: cum per hoc dotem sit habitura. illud non explicat Iulianus, an & de dolo mariti excipi possit. puto autem, cum hoc sentire, ut etiam de dolo mariti noceat exceptio: licet videatur nulla dos filiae (ut ait) quaeri.

23. Illa etiam quaesitio ventilata est apud plerosque, an de dolo tutoris exceptio pupillo experientis nocere debeat. & ego puto vtilius: ut per eas personas pupillis fauetur: tamen dicendum est: siue quis emerit a tutore rem pupilli, siue dolo quid tutor fecerit, & ex eo pupillus locupletior factus est, pupillo nocere debere. nec illud esse distinguendum, cautum sit ei, an non: solvendo sit, an non, tutor: dummodo rem administrat. unde enim divinat is, qui cum tutore contrahit? plane si mihi proponas colluere alicquem cum tutore, factum suum ei nocere.

24. Si quis non tutor, sed pro tutore negotia gerat: an dolum ipsius noceat pupillo videamus. & puto, non nocere. nam si is, qui pro tutore negotia gerat, rem vendiderit, & vlucapta sit: exceptionem non nocere pupillo rem suam persequenti, etiam si ei cautum sit. quia huic, rerum pupilli administratio concessa non fuit. Secundu huc magis opinor de dolo tutoris exceptionem pupillo esse obtinendam.

25. Quae in tutore diximus, eadem in curatore quoque furtivi dicenda erunt. sed & in prodigiis, vel minoris viginti quinque annis.

26. De dolo autem ipsius minoris viginti quinque annis exceptio vti que loci habebit. Nam & de pupilli dolo interdum esse excipiendum, nequaquam ambigendum est, ex ea etate, quae dolo non caret. Denique Iulianus quoque sapienter scribit, doli pupillos, qui prope pubertatem sunt, capaces esse. quid enim, si debitor, ex delegatu pupilli, pecuniam creditori eius solvit? hinc dicitur (inquit) pupili debitor esse: ne propter malitiam ignorantia in furioso ait: si, dum exstimatorum compos mentis, esse, iusserit, debitorem creditori solvere: vel si, quod exigit, domi habeat.

27. De auctoris dolo exceptio emptori non obicitur. Si autem accessione auctoris vilitur: quod visum est, ei, qui ex persona auctoris vilitur accessione, pari dolum auctoris. & peraque traditur, rei quidem coherentem exceptionem, etiam emptori nocere, eam autem, quae ex delicto per-

sonz oriatur, nocere non oportere. 28. Si, cum legitima hereditas Gaii Seij ad te perveniret, & ego essem heres institutus, persuaseris mihi per dolum malum, ne ad eam hereditatem, & postea qua ego repudavi hereditatem, tu eam Sempronio cesseris: pretio accepto, si que a me petat hereditatem: exceptionem doli mali eius, qui ei cessit, non potest pati. 29. Si quis autem ex causa legati vindicet, aut is, cui ex causa donationis res praestita est, vindicet: an de dolo exceptionem patitur ex causa eius, in cuius locum successerit? & magis putat Pomponius summouendum, & puto, exceptione eos esse repellendos: cum lucrativam causam sint nacti. Aliud (autem) est enim emere, aliud ex his causis succedere.

30. Idem tractat Pomponius & in eum, qui pignori accepit, si Serviana, vel hypothecaria actione experitur. nam & hunc putat Pomponius summouendum: quia res ad eum, qui dolo fecit, reuersa est. 31. Auctoris autem doli (sicut diximus) emptori non obicitur. Sed hoc in emptore solo servabimus. item in eo, qui permutaverit, vel in solutum accepit. item in similibus, qui vicem emptorum continent. Ceterum si noxae deditus quis sit, Pomponius putat, passurum exceptionem, quam ille peteretur, qui noxae dedit. Proinde ex quaecunque alia causa, quae prope lucrativam habet acquisitionem, si quis videretur patitur exceptionem doli ex persona eius, in cuius locum successerit. Sufficit enim: si is, qui pretium dedit, vel vice pretij, cum sit bona fide emptor, ut non patitur doli exceptionem ex persona auctoris. vti que si ipse dolo caret. Ceterum si ipse dolo non careat, pervenietur ad doli exceptionem & patitur de dolo suo exceptionem.

32. Si a Titio fundum emeris, qui Sempronij erat: si que tibi tradidit pretio solvo: deinde Titius Sempronio heres exiterit, & eundem fundum Moevio vendiderit, & tradiderit: Iulianus ait, & qui quis esse, praetorem te tueri. quia & si ipse Titius fundum a te peteret, exceptio in factum comparata, vel doli mali summoueretur. & si ipse cum possideret, & Publiciana peteres: adversus excipientem, si non sua esset, replicatione veteris, & per hoc intellegeret, eum fundum rursus vendidisse, quem in bonis non haberet. 33. Metus causa exceptionem Cassius non propulerat, contentus doli exceptione, quae est generalis. sed vtilius visum est, etiam de metu opponere exceptionem. etenim dicit aliquid doli exceptione: quod exceptio doli personam complectitur eius, qui dolo fecit. enimvero metus causa exceptio in reu scripta est. Si in ea tibi, in causa factum est: ut non inspiciamus, an is, qui agit, metus causa fecit aliquid, sed an omnino metus causa factum est in hac re: a quocumque non tantum ab eo, qui agit. Et quamvis de dolo auctoris exceptio non obiciatur: verum tamen hoc iure vitur, ut de metu non tantum ab auctore, verum a quocumque adhibito exceptio obici possit.

34. Illud sciendum est, hanc exceptionem de metu eum obicere debere, qui metum non a patre passus est in cuius fuit potestate, ceterum parenti licere deteriorem conditionem liberorum in rebus pecuniariis facere, sed si, se abstinerit hereditate paternam: succurrendum ei erit, ut a quoque succurratur.

5. Paulus libro 71. ad Edictum.

P Vre mihi debes decem, ea tibi sub conditione legati. interim heres si petat, doli exceptione non est summouendus: cum possit etiam deficere condicio. itaque legatorum stipulationem interponere debet. sed si non caueat heres, doli exceptione summouebitur. expedit enim legatario retinere summam, quam mihi in possessionem rem hereditariam.

1. Si cui legata sit via, & is, lege Falcidia locum habente, totam eam vindicet non oblata estimatione quartae partis: summoueri eum doli, exceptione, Marcellus ait. quoniam suo commodo heres consulit. 2. Si donauit alicui rem, nec tradiderit, & ille, cui donauit non tradita possessione, in eo loco, adificauerit me sciente, & cum adificauerit, nandus sum ego possessionem, & petat de me rem donatam, & ego excipiam, quod supra legitimum modum facta est: an de dolo replicandum est? dolo enim feci, qui passus sum eum adificare, & non reddo impensas. 3. Auctoris, qui exigendis pecuniis praepositus est, etiam posterior doli domino nocet. 4. Si seruus venit ab eo, cui hoc dominus permisit, & redhibitus sit domino: agenti venditori de pretio, exceptio opponitur redhibitionis: licet etiam is, qui vendidit, domino pretium soluerit. Etiam mercis non traditae exceptio summouetur, & qui pecuniam domino iam soluit, & ideo is, qui vendidit, agit adversus dominum. eandem causam esse Pedius ait eius, qui negotium nostrum gerens vendidit. 5. Si eum, qui volebat filium donare supra legitimum modum, delegauerit ergastori meo: non poterit adversus petentem vti exceptione: quoniam creditor suum petit. In eadem causa est maritus, nec hic enim debet exceptione summoueri, qui suo nomine agit. Numquid ergo nec dolo mulieris excipiendum sit aduersus maritum, qui dotem petit, non ducturus uxorem, nisi dotem accepisset, nisi iam diuerit? Itaque condicione tenetur debitor, qui delegauit, vel mulier, ut vel liberet debitorem, vel, si soluit, ut pecunia ei reddatur. 6. Non sicut de dolo auctoris certo tempore definitur: ita etiam exceptio eodem tempore danda est: na hoc perpetuo coepit. cum actor quidem in sua potestate habeat quando vitur suo iure, is autem, cum quo agitur, non habeat potestatem, quando conveniatur.

6. Gaius libro 30. ad Edictum provinciale. Si opera creditoris acciderit, ut debitor pecuniam, quam soluturus erat, perderet: exceptio doli mali creditor remouebitur. Idem est, si creditor eius numeratam pecuniam ratam creditor non habeat. 7. Vlpianus libro 76. ad Edictum. Iulianus ait, si pecuniam, quam me tibi debere existimabam, in illu tuo, sponderem, cui donare volebas: exceptio doli mali potero me tueri: & praeterea condicio mihi aduersus stipulatorem competit, ut me liberet. 1. Idem Iulianus ait: si eiusdem creditorem tuum putabas, in illu tuo pecuniam, quam me tibi debere existimabam, promissero, petentem doli mali exceptione summoueri debere: & amplius agendo cum stipulatore consequar, ut mihi acceptam faciat stipulationem. & habet hanc sententia, Iuliani humanitatem, ut etiam aduersus hunc, utar exceptione, & condicione, cui sum obligatus.

8. Paulus libro 6. ad Plautium. Dolo facit, qui petit, quod redditurum est. Si is, si heres damnatus sit non petere, a debitore potest vti exceptione doli mali debitor, & agere ex testamento.

9. Idem libro 31. ad Edictum. Si procurator rei, pecuniam accepta, damnari se passus sit, & cum domino iudicati agatur: tuebitor, sed doli mali exceptione. nec hoc, quod acceperit procurator, auferri ab eo potest. nam turpiter accepta pecunia iustis penes eum est, qui deceptus sit, quam qui deceptus.

10. Marcianus libro 3. Regularum. Cum vir aut vxor in area sub donata aliqua doli mali sit: plerisque placet, doli mali exceptione polita rem seruari posse.

11. Neratius libro 4. Membrarum. Procurator auct. de dolo eius excipi non debet: quia aliena lis est, & si que res extraneus neque alienus dolo nocere alteri debet. Si post litem contestatam dolo quid fecerit: an exceptio eo nomine in iudicium obtinenda sit, dubitari potest: quia litem contestatione res: procuratoris sit, & amque suam quodammodo nomine excipitur, & placet de procuratoris dolo excipiendum esse. Idem de tutore, qui pupilli nomine agit, dicendum est. Si in vniuersum autem haec in ea re regula sequenda est, ut doli, in quocumque puniatur, et si non alicui, sed ipsi, qui eum admittit, damnotus futurus erit.

12. Papinianus libro 3. Quaestionum. Vi equitate defensionis infringere actionem potest, doli exceptione tuus est. 13. Paulus libro 14. Quaestionum. Iheris exhereditatis, qui nihil ex patris iudicio meruerunt, rupto testamento ius suum consequutum est. nec opponitur doli mali exceptio, quod non solum in persona eorum, sed in heredibus in persona liberorum quoque eorum optinendum est.

14. Idem libro 3. Responsum. Paulus respondit, eum, qui in alieno solo adificatum extruxerit, non alius sumptus consequi posse, quam possidet, & ab eo dominus soli rem vindicet: scilicet opposita doli mali exceptione.

15. Scantia libro 5. Responsum. Fideiusso. cuiusmodi nomine condemnatus, id praedium, quod eius est, & omnia praeterea paratus est, quae iure empti continentur: quare, an agentem emptorem exceptione, ex causa iudicatis, doli mali summouere potest, respondit, exceptionem quidem opponi posse, iudicem autem estimatum, ut per damnis emptori satisfiat.

16. Hermogenianus libro 6. Iuris Epitomarum. Si debitor a furioso delegatus creditori eius soluat, quem competentem mentis esse existimabat, & ita cum eo agatur: exceptio doli in id, quod in rem furiosi processit, defenditur.

17. Scantia libro 27. Digestorum. Pater pro filia dotem promissit, & pactus erat, ut ipse aleret filiam suam, eiusque omnes, idem homo rusticanus genero scripsit quasi vltimas praetestas ex dotis promissione, quaesitum est, cum ipse filiam suam exhibuerit, & maritus nullam impensam fecerit, an ex chirographo ex stipulatu agenti genero exceptio obitare debeat. respondit: si (ut proponatur) pater, tum exhiberet, per errorem promissit: locum fore doli mali exceptioni.

1. Aulus nepotibus ex filia legauit singulis centena: & adiecit haec verba: Ignescite: nam postquam vobis amplius vltimere, nisi me Fronto pater vester male accepisset, cui dederam manna quinquedecim, qua ab eo recipere non potui, postremo h. s. s. qui mihi seve omnia substantia. m. vltimere: quaesitum est, an si aut heres ab his nepotibus patris sui heredibus petat quinquedecim, contra voluntatem defuncti facere videatur: doli mali exceptione summoueat, respondit: exceptionem obtinaturam.

2. Si quadrante heres scriptus, & coherede ex dodrante instituto emse portionem certam quantitate, ex qua aliquam summam in hominibus ex calendario vti daret, stipulanti spondit. defuncto venditore hereditatis falsum testamentum. Serpeticus accusare cepit, & hereditatem ab emptore petit: & ne quid ex ea minueret, impetravit. quaesitum est, cognitione falsi pendente an heredes ex stipulatu petentes, doli exceptione summouentur, respondit, heredes venditoris, si ante euentum cognitionis pergant petere, exceptione doli mali posse summoueri.

3. Marito & filio communi ex parte dimidia scriptis heredibus filia sua ex priore matrimonio ita heredes instituit: Dama filia mea ex sit in hunc hunc

nisi i. esto, si cum coheredibus suis patris rationem fecerit...

QUARVM RERV ACTIO non datur, TIT. V.

Vlpianus libro 76. ad Edictum.

Iurandum vicem iudicatur optinet non immerito: cum ipse quis iudicem aduersarii suum de causa sua fecerit, deferendo elusurandum...

summoendum exceptione, quia suum recipit, verumtamen liberum patri non possit condicere...

Si filiofamilias delatum sit iusurandum, & iurauerit patrem suum dare non oportere: danda est patri exceptio...

DE LITIGIOSIS, TIT. VI.

Vlpianus libro 76. ad Edictum.

Litigiosam rem non facit denuntiatio, quae impeditur venditionis causa sit...

Si seruus cum emeritis sit, ignoravit autem dominus, vel contra: videndum est, cuius potius spectanda sit scientia...

DE OBLIGATIONIBVS, & ACTIONIBVS, TIT. VII.

Obligatio aut ex contractu nascuntur, aut ex maleficio, aut proprio quodam iure ex variis causis figuris...

postea alias recepturi eiusdem generis & qualitatis. Is quoque, cui re aliquam comminamus, re nobis obligatur...

Creditor quoque, qui pignus accipit, re tenetur, qui & ipse de ea ipsa re, quam accepit, restituenda tenetur...

DE OBLIGATIONIBVS, & ACTIONIBVS, TIT. VIII.

Obligationes sunt obligationes in emptionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, societatibus, mandatis...

Obligatio substantia non in eo consistit, ut aliquo corpore nostro, aut firmitate nostra faciat: sed ut alium nobis obstringat ad dandum aliquid...

GAIVS LIBRO TERTIO RETVM CONTIDIANARVM SIVE AUREORVM.

Ex maleficio nascuntur obligationes, veluti ex furto, ex damno, ex rapina, ex iniuria...

GAIVS LIBRO TERTIO RETVM CONTIDIANARVM SIVE AUREORVM.

Si quis absentis negotia gesserit: si quidem ex mandato: palam est, ex contractu nasci inter eos actiones mandati...

GAIVS LIBRO TERTIO RETVM CONTIDIANARVM SIVE AUREORVM.

Is quoque, qui non debitum accipit per errorem solventis, obligatur quidem quasi ex mutui donatione, & eadem actione tenetur...

gatus est, utique peccasse aliquid intellegitur, licet per imprudentiam, ideo videtur quasi ex maleficio teneri. § 1. Is quoque, ex cuius cenaculo vel proprio ipsius, vel conducto, vel in quo gratis habitabat, deiectum effusumve aliquid est, ita ut alicui noceret, quasi ex maleficio teneri videtur. ideo autem non proprie ex maleficio obligatus intellegitur, quia plerumque ob alterius culpam tenetur: aut serui, aut liberi. Cui similis est is, qui ea parte, qua vOlgo iter fieri solet, id positum aut suspensum habet, quod potest si ceciderit, alicui nocere. Ideo si filiusfamilias seorsum a patre habitauerit, & quid ex cenaculo eius deiectum effusumve sit, siue quid positum suspensumve habuerit, cuius casus periculosus est: Iuliano placuit, in patrem neque de pectilio, neque noxalem dandam esse actionem, sed cum ipso filio agendum. § 9. Item exercitor navis, aut cauponae, aut stabuli, de damno aut orto, quod in nave, aut cauponae, aut stabulo factum sit, quasi ex maleficio teneri videtur: si modo ipsius nullum est maleficio, sed alicuius eorum, quorum opera navem, aut cauponam, aut stabulum exerceret. cum enim neque ex contractu sit aduersus eum constituta haec actio, & aliquatenus culpa reu. est, quod opera malorum hominum vteretur: ideo quasi ex maleficio teneri videtur.

6. Paulus libro 4. ad Sabinum.

In omnibus temporalibus actionibus, nisi nouissima totus dies compleatur, non sunt obligationes:

7. Pomponius libro 15. ad Sabinum.

Actiones aduersus patrem filio praestari non possunt, dum in potestate eius est filius.

8. Idem libro 16. ad Sabinum.

Sub hac conditione, si volam, nulla sit obligatio. Spro non dicto enim est, quod dare, nisi velis, cogi non possit. nam nec heres promissoris eius, qui nunquam dare voluerit, tenetur: quia haec condicio in ipsum promissorem nunquam extitit.

9. Paulus libro 9. ad Sabinum.

Filiusfamilias suo nomine nullam actionem habet, nisi iniuriarum, & quod vi aut clam, & depositi, & commodati, ut Iulianus putat.

10. Idem libro 47. ad Sabinum.

Naturales obligationes non eo solo existantur, si actio aliqua eorum nomine competat: verum etiam eo, si soluta pecunia repeti non possit.

11. Idem libro 12. ad Sabinum.

Quocumque gerimus, cum ex nostro contractu originem trahunt, nisi ex nostra persona obligationis initium sumant, inane actum nostrum efficiunt. & ideo neque stipulari, neque emere, vendere, contrahere, ut alter suo nomine reddeat agat, possumus.

12. Pomponius libro 19. ad Sabinum.

Ex depositi, & commodati, & mandati, & tutelae, & negotiorum gestorum, ob dolum malum defuncti heres in solidum tenetur.

13. Ulpianus libro 7. Disputationum.

In factum actiones etiam filij familiarum possunt exercere.

14. Idem libro 7. Disputationum.

Serui ex delictis quidem obligantur: & si manumittantur, obligati remanent. ex contractibus autem ciuilliter quid in non obligantur: sed naturaliter & obligantur, & obligant. Denique si seruo, qui mihi mutuum pecuniam dederat, manumisso solua, liberor.

15. Iulianus libro 4. Digestorum.

Qui cum herede agit, exceptione summotus est, ac si non in ea causa tabula testamenti sit, ut contra eas emancipato bonorum possessio dari possit: emancipato omittente bonorum possessionem, non inique postulat creditor, restitui sibi actionem ad-

uersus scriptum heredem. nam quando bonorum possessio contra tabulas filio dari potest, heres quodammodo debitor non est.

16. Idem libro 11. Digestorum.

Qui a seruo hereditario mutuum pecuniam accepit, & fundum vel hominem pignoris causa ei tradiderat, & precario rogauit: precario possidet. nam seruus hereditarius, sicuti per traditionem accipiendo, proprietatem hereditariam acquirit: ita, precario dandus efficit, ne res vsurari possit. Nam si commodauerit, vel deposuerit rem peculiarem: commodati, & depositi actionem hereditariam acquirit. Hae ita, si peculiare negotium contractum est: nam ex hac causa etiam possessio adquisita intellegitur debet.

17. Idem libro 33. Digestorum.

Omnes debitores, qui specie ex causa lucretia debent, liberantur, cum ea species ex causa lucretia ad creditores peruenerit.

18. Idem libro 54. Digestorum.

Si is, qui Stichum dari stipulari fuerat, heres exierit ei, cui ex testamento idem Stichus debebatur: si ex testamento Stichum petierit: non consistit stipulationem. & contra, si ex stipulatu Stichum petierit, actionem ex testamento suam habebit. quia in iudicio consistit hic duae obligationes, ut altera in iudicium deducatur, altera nihilominus integra remaneret.

19. Idem libro 73. Digestorum.

Ex promissione dotis non videtur lucretia causa esse: sed quodammodo creditor aut emptor intellegitur, qui dotem petit. porro cum creditor vel emptor ex lucretia causa rem habere coeperit: nihilominus integras actiones retinet. sicut ex contrario, qui non ex causa lucretia rem habere coepit, eandem non prohibetur ex lucretia causa petere.

20. Alphenus libro 2. Digestorum.

Seruus non in omnibus rebus sine pena domino dicitur audiens esse solet. sicuti si dominus hominem occiderit, aut furtum alicui fecerit seruum iussit. Quae e quatuor domini iussi seruus piraticam fecisset, iudicium in eum post libertatem reddi oportet. Ex quodcumque vi fecisset, quae vis a maleficio non abesset: ita oportet poenas eum pendere. Sed si aliqua rixa ex libris & contentione nata esset, aut aliqua vis iuris retinendi causa facta esset: ab his rebus facinus abesset: tum non conuenit praetorem, quod seruus iussu domini fecisset, de ea re in liberum iudicium dare.

21. Iulianus libro 5. ex Minicio.

Contraxisse vnusquisque in eo loco intellegitur, in quo vsolueret, se obligauit.

22. Afferianus libro 3. Quaestionum.

Quis in idem mercem stipulatus, fideiussorem accepit: eius temporis existimatio spectanda est, quo factus accepit.

23. Idem libro 7. Quaestionum.

Trahiticia pecuniae nomine, si ad diem soluta non esset, poenasque ad solutio operas eius, qui eam pecuniam peteret, in stipulationem erat deducenda, is, qui eam pecuniam petebat, parte exacta petere desierat. deinde interposito tempore interpellare in finem. consulens respondit, velus quoque temporis, quo interpellatus non esset, poenam peti posse. amplius, etiam si omnino interpellatus non esset. nec aliter non committi stipulationem, quam si per debitorem non fecisset, quo minus solueret. alioquin dicendum est: si is, qui interpellare coepisset, valentidine impeditus interpellare desisset, poenam non conuenit. De illo sane potest dubitari: si interpellatus ipse moram fecerit: quamuis pecuniam soluta offerat: nihilominus poena committatur. & hoc rectius dicitur. nam & si arbiter ex compromisso pecuniam certo die dare iusserit, neque per qu, dare iussus

iussus sit, steterit: non committi poenam, respondit. adeo ut & illud Seruius rectissime existimauerit, si quando dies, qua pecunia daretur, sententia arbitri comprehensa non esset, modicum spatium datum videri. Hoc idem dicendum, & cum quid ea lege venierit, ut nisi ad diem pretium solutum fuerit, inempta res fiat.

24. Pomponius libro singulari Regularum.

Si a furioso, cum eum competentis mentis esse putarem, pecuniam quasi mutuum acceperim: eaque in rem meam versa fuerit: conditio furioso acquiritur. Nam ex quibus causis ignorantibus nobis actiones acquiritur, ex hisdem etiam furiosus nomine incipit agi posse. Veluti cum seruus eius stipulatur: eum furtum ei sit: aut, damnum ei dandus, in legem Aquiliae committitur: aut si forte, cum creditor fuerat, fraudandi eius causa debitor alicui rem tradiderit. Idemque erit, si legatur ei, vel fideicommissum ei relinquatur.

Item si is, qui seruo alieno crediderat, furere coeperit, deinde seruus in rem domini id, quod mutuum acceperat, venterit: furioso conditio acquiritur. 2. Item si alienam pecuniam eredi causa quis dederit: deinde compos mentis esse desierit: postea consumpta ea, furioso conditio acquiritur. 3. Et qui negotia furiosus gesserit, negotiorum gestorum ei obligatur.

25. Vlpianus libro singulari Regularum.

Actionum genera sunt duae in rem, quae dieiur vindicatio: & in personam, quae conditio appellatur. In rem actio est, per quam rem nostram, quae ab alio possidetur, petimus: & semper aduersus eum est, qui rem possidet. In personam actio est, quae cum eo agimus, qui obligatus est nobis ad faciendum aliquid, vel dandum. & semper aduersus eundem locum habet.

Actio in rem quaedam ex contractu, quaedam ex factis, quaedam in factum sunt. Ex contractu actio est, quotiens quis sui lucri causa cum aliquo contrahit: veluti emendo, vendendo, locando, conducendo, & ceteris similibus. Ex facto actio est, quotiens ex eo teneri quis incipit, quod ipse admittit: veluti furtum, vel iniuriam commisit, vel damnum dedit. In factum actio dicitur, qualis est (exempli gratia) actio, quae datur patrono aduersus liberum, & quo contra edictum praetoris in ius vocatus est. 2. Omnes autem actiones aut ciuiles dicuntur, aut honorariz.

26. Idem libro 5. de Censibus.

Omnes pecnales actiones post litem inchoatam & ad heredes transeunt.

27. Papianus libro 27. Quaestionum.

Obligaciones, quae non propriis viribus consistunt, neque officio iudicis, neque praetoris imperio, neque legis potestate confirmantur.

28. Idem libro 1. Definitionum.

Actio in personam inferitur: petitio in rem: persequutio in rem, vel in personam, rei persequutio gratia.

29. Papianus libro 4. Responsum.

Lucio Titio cum ex causa iudicati pecunia deberetur, & eidem debitori aliam pecuniam crederetur cautione pecuniae creditae non adiecit sibi praeter eam pecuniam debitam sibi ex causa iudicati, quae non integra sunt: utrumque Lucio Titio petitiones. Paulus respondit, nihil proponi cur non sint integrae.

30. Scaculla libro 1. Responsum.

Seruus effectus, non idcirco, quod postea indulgentia principali libertatem consequutus est, reatit dicitur in obligationem creditorem.

31. Marcianus libro 2. Fideicommissorum.

Non solae stipulationes impossibili condicione applicatae nullius momenti sunt: sed etiam ceteri quoque contractus, veluti emptio, locatio, & cetera, impossibili condicione interposita, & quae

nullius momenti sunt: quia in ea re, quae ex duobus plurimumve consensu agitur, omnium voluntas spectatur. quorum praecipuum dubio in huiusmodi actu talis cogitatio est, ut nihil agi existiment adposita ea condicione, quam sciant esse impossibilem.

32. Hymgenius libro 2. Iuris Epitomarum. Cum ex vno d. lido plures nascuntur actiones, & cur euenit, cum arbores furim esse dicuntur, omnibus experiri permitti, post magnas varietates optinuit.

33. Paulus libro 3. Decretorum. Constitutionibus quibus ostenditur heredes poena non teneri, placuit, si viuis conuentus fuerat, etiam poena persequutionem transmissam videri: quia licet contestata cum mortuo.

34. Idem libro singulari (de) concurrentibus actionibus.

Qui seruum alienum iniuriose verberat: ex vno facto incidit & Aquiliae, & actionem iniuriarum. iniuria enim ex affectu fit, damnum ex culpa. & ideo possunt vtrique competere: sed quidam altera electa alteram consumi. alij, per legis Aquiliae actionem iniuriarum consumi: quoniam desit bonum & aequum esse, condemnari eum, qui actionem praestitit. sed si ante iniuriarum actum esset, teneri eum ex lege Aquiliae. sed & haec sententia per praetorem inhibenda est: nisi in id, quod amplius ex lege Aquiliae competit, agatur, rationabilis itaque est, eam admitti sententiam: ut liceat ei, quam voluerit actionem, prius exercere: quod autem amplius in altera est, etiam hoc exsequi.

1. Si is, cui rem commodauero, eam subripuerit: tenebitur quidem & commodati actione, & condicione. sed altera actio alteram peremit aut ipso iure, aut per exceptionem, quod est Otium.

2. Hinc de colono responsum est, si aliquid ex fundo subtraxerit, teneri eum condicione, & furti: quin etiam ex locato, & poena quidem furti non confunditur: illae autem inter se miscentur. Et hoc in legis Aquiliae actione dicitur, si tibi commodauero vestimenta, & tu ea ruperis. vtraque enim actiones rei persequutionem continent. & quidem post legis Aquiliae actionem, utique commodati finitur. post commodati, an Aquiliae remaneat in eo, quod in repetitione triginta dierum amplius est, dubitatur. sed verius est remanere, quia simplio accedit, & simplio subducto locum non habet.

35. Idem libro 1. ad Edictum praetoris.

In honorariis actionibus sic esse definienda Cassius ait: ut quae rei persequutionem habeant, haec etiam post annum darentur: ceterae intra annum. Honorariz autem quae post annum non dantur, nec in heredem dantur: ut tamen lucrum ei exorquetur, sicut fit in actionem doli mali, & interdicto unde vi, & similibus. Illae autem rei persequutionem continent, quibus persequimur, quod ex patrimonio nobis abest, ut cum agimus, cum bonorum possessore debitoris nostri. Item Publiciana, quae ad exemplum vindicationis datur. Sed cum rescissa vsucapione redditur, anno finitur: quia contra ius ciuile datur. 1. In duumuiros & rempublicam etiam post annum actio datur ex contractu magistratum municipalium.

36. Ulpianus libro 2. ad Edictum.

Essat ignominia in conditionibus, quamuis ex famosis causis pendeant.

37. Idem libro 4. ad Edictum praetoris.

Actionis verbo continetur in rem, in personam, directa, vtilis, praedictum, sicut ait Pomponius stipulationes etiam, quae praetore sunt: quia actionum instar optinent: ut damni infecti, legatorum, & si quae similes sunt. Interdicta quoque actionis verbo continentur. 1. Mixtae sunt actiones, in quibus vtrique actor est, ut puta finium regundorum,

lationem putant, quia per singulos adquire seruitus non potest, sed non facit inutilem stipulationem difficultas praestationis. § Si tamen hominem stipulatus, cum vno ex heredibus promissoris egero: pars dumtaxat eorum obligationi supererit, et solui poterit. Idemque est, si vni ex heredibus accepto, latum sit. § Quicquidque est in ipso promissore, & fideiussoribus eius, quod diximus in heredibus. § Item si in facto sit stipulatio: veluti si ita stipulatus fuero, *Per te non fieri, neque per heredem tuum, quo in iure mihi sit agere liceat?* & vnus ex pluribus heredibus prohibuerit: tenentur quidem & coheredes eius: sed familia heriscunda iudicio ab eo repetent, quod praestiterint. hoc & Iulianus, & Pomponius probant. § Contra autem si stipulator decesserit, qui stipulatus erat, sibi hereditate suo agere licere, & vnus ex heredibus eius prohibeatur: interesse dicemus verum in solidum committatur stipulatio, an pro parte eius, qui prohibitus est, nam si poena stipulationi adiecta sit in solidum committitur: sed qui non sunt prohibiti, doli mali exceptione summoebuntur sine poena nulla praeserta sit: tunc pro parte eius tantum, qui prohibitus est, committitur stipulatio.

3. *Ulpianus libro 49. ad Sabinum.*
Idem iuris est in illa stipulatione, *Mihi hereditate meo habere liceat?* § Sed haec differentia illam habet rationem, quod, vbi vnus ex heredibus prohibetur: non potest coheredes ex stipulatu agere, cuius nihil interest, nisi poena subiecta sit, nam poena subiecta efficit, ut omnibus committatur: quia hic non quarimus, cuius intersit, cuius vero vbi vnus ex heredibus prohibet, omnes tenentur heredes, interest enim prohibiti, a nemine prohiberi.

4. *Paulus libro 12. ad Sabinum.*
Adem dicemus, & si dolum abesse a te, hereditate tuo stipulatus sum, & aut promissor aut stipulator pluribus heredibus relicta decesserit.
§ Cato libro quinquoddecimo scribit poenam certae pecuniae promissa, si quid aliter factum sit: mortuo promissore si ex pluribus heredibus vnus contra, quam cautum sit, fecerit: aut ab omnibus heredibus poenam committi proportionem hereditaria, aut ab vno proportionem sua, ab omnibus, si id factum, de quo cautum est, in diuisione sit, veluti *Ita fecerit, qui, quod in partes diuidi non potest, ab omnibus quodammodo factum videretur, at si de eo cautum sit, quod diuisionem recipiat, veluti *Antipistum non agiturum cum heredem qui aduersus ea fecerit, pro portione sua solum poenam committetur, differentia hanc esse rationem: quod in priore casu omnes commississe videntur, quod nisi in solidum peccari non poterit, illam stipulationem. *Per te non fieri, quo mihi sit agere liceat?* Sed videamus, si non idem hic sit: sed magis idem quod in illa stipulatione, *Tantum hereditatem tuam habere licet?* nam haec stipulatio & solui tenebitur, qui non habuerit ratum: & solui ager, a quo fuerit peccatum, idque & Marcello videtur, quamuis ipse dicitur pro parte ratum habere non potest.
§ Si ita, qui duplam stipulatus est, decesserit, pluribus heredibus relicta: vnusquisque ob emptionem suam pro portione sua habebit actionem, in eoque est in stipulatione quoque *Stipulatus, & danti infirmitas, & ex operis noui nuntiatione, restitui tamen opus ex operis noui nuntiatione pro parte non potest. Haec vtilitatis causa ex parte stipulatorum recepta sunt ipsi autem promissori pro parte neque restitutio, neque decessio contingere potest.***

5. *Pomponius libro 26. ad Sabinum.*
Stipulationum aliae iudiciales sunt, aliae praetoriae, aliae conventionales, aliae communes praetoriae & iudiciales, iudiciales sunt don taxat, quae a mero iudicio obsequio proficiuntur, veluti de do-

lo cautio, Praetoriae, quae a mero praetoris officio proficiuntur, veluti damni infecti. Praetoriae autem stipulationes sic audiri oportet, ut in his continetur etiam adiecta nam & haec ab iurisdictione veniunt. Conuentionales sunt, quae ex conuentione reorum fiunt, quarum totidem genera sunt, quod dicitur (partem dixerim) rerum conuentionum, nam & ob ipsam verborum obligationem nulli, & pendet ex negotio contracto. Communes sunt stipulationes, veluti rem saluam fore, pupilli namque praetor iubet, rem saluam fore pupillo caueri: & interdum iudex, si aliter expediri haec res non potest, item duplex stipulatio venit ab iudice, aut ab adilis edicto. § Stipulatio autem est verborum conuentionio quibus is, qui in interrogatur, daturum, factum, vnde se, quod interrogatus est, responderit.
§ Satis acceptio est stipulatio, quae ita obligat promissorem, ut adpromissores quoque ab eo accipiantur: id est, qui idem promittunt. § Satis autem accipere dicitur est eodem modo, quo satis facere, nam quia id, quo quis contentus erat, ei praestatur: satis heri dicitur est, & similiter quia tales, quibus contentus quis futurus est, ita praestatur, ut verbis obligatur: satis accipi dicitur est.
§ Si forte promissoris, & si ea soluta non esset, poenam: etiam si vnus ex heredibus nisi portionem suam ex fore soluerit: nihilominus poenam committet, donec portio coheredis soluaui, idemque est de poena ex compromisso si vnus paruerit, aliter non paruerit sententia iudicis, sed a coherede ei satisfieri debet, nec enim aliud in his stipulationibus sine iniuria stipulatoris constitui potest.

6. *Ulpianus libro 1. ad Sabinum.*
I, cui bonis in iudicio est, stipulando sibi adiuratur, tradere non potest, vel promittendo obligari, & ideo nec fideiussor pro eo interuenire poterit, sicut nec pro furioso.

7. *Idem libro 6. ad Sabinum.*
Impossibilis condicio, cum in faciendum constituitur, stipulationibus obstat, aliter atque si talis condicio inferatur stipulationi. Si in eadem non asseruerit, nam vtilis, & praesens est, & pecuniam creditam continet.

8. *Paulus libro 2. ad Sabinum.*
In illa stipulatione, *Si Kalendis Stichum non dederis, tunc tibi respondeo* mortuo homine, quiritur ante Kalendas agi posse. Sabinus, Proculus statim ante Kalendas agi posse, Sabinus, Proculus expectandum diem adori putant, quod est verius, tota enim obligatio sub condicione, & in diem collata est: licet ad condicionem committi videatur, dies tamen superest. Sed cum eo, qui ita promissit, si intra Kalendas digito caelum non tetigerit, agi potest, haec & Marcellus probat.

9. *Pomponius libro 2. ad Sabinum.*
Si Titius & Scius separatim ita stipulati essent, *Stipulatus sum, si illi non dederis, mihi dari respondeo*, finem dandi alteri fore, quoad iudicium acciperetur, & ideo occupantis fore actionem.

10. *Idem libro 3. ad Sabinum.*
Hoc iure vsimur, ut ex hac stipulatione, *Si Titius ante Kalendas Martem in Italia non dederit, decem dare respondeo* non ante peti quicquam possit quam exploratum sit, ante eam diem in Italiam venire Titium non posse, acque venisse: siue viuus, siue mortuus ad acciderit.

11. *Paulus libro 3. ad Sabinum.*
Filius dum in ciuitate est, si stipuletur, patri reuerso ab hostibus videtur adquisisse.

12. *Pomponius libro 5. ad Sabinum.*
Si res stipulatus, *Stipulatus sum, si intra Kalendas Martem non dederis, decem dare respondeo* perinde est, quae

quasi Kalendis Februariis stipulatus sum.
§ *Ulpianus libro 19. ad Sabinum.*
§ Vi ante Kalendas proximas stipuletur, similis est *Qui, qui Kalendis stipulatur.*
§ *Pomponius libro 5. ad Sabinum.*
§ Ita stipulatus essem tibi te: *Domum adificare, vel aere lem meum damnauero insulam edificare:* Celsus placet, non ante agi posse ex ea causa, quam tempus praeterisset, quo insula edificari possit, nec si decessores datante diem tenebantur.

15. *Idem libro 27. ad Sabinum.*
Ei tunc hestatur, si aliqua pars insula facta sit, de inde necesse consumpta sit: an integrum tempus computandum sit rursus ad edificationem insulam, an vero reliquum dumtaxat expectandum, quod decessit, & verius est, ut integrum ei detur.

16. *Idem libro 6. ad Sabinum.*
§ Stichum aut Pamphilum mihi debeas, & alter de eis meus factus sit ex aliqua causa: reliquum debeat mihi a te. § Stipulatio huiusmodi in vno singulari, vna est, & incerta, & perpetua, non quemadmodum simile legatum morte legatarii finiatur.

17. *Ulpianus libro 28. ad Sabinum.*
Stipulatio non valet, in rei promittendi at bitriū scollata condicione.

18. *Pomponius libro 10. ad Sabinum.*
§ Vi bis idem promittis, id eo iure amplius quam semel non tenetur.

19. *Idem libro 15. ad Sabinum.*
§ Stipulatio facta fuerit, *Si ex tua diuisione facti fueris, danti nulla stipulatio est:* quia contenti esse debemus poenis legum comprehensis, nisi si, & stipulatio tantum habeat poenam, quanta lege sit comprehensa.

20. *Ulpianus libro 34. ad Sabinum.*
Huiusmodi stipulationes non sunt inuiles, *Quod tibi Titius dedit, si non dederis, dare respondeo* nam valet stipulatio, quasi sub quavis alia condicione concepta.

21. *Pomponius libro 15. ad Sabinum.*
§ Si dote facta ea, quae nihil in dote habeat, doti nomine equum dari stipuletur, vel quae centum duntaxat habeat, ducenta dotis nomine dari stipuletur: Proculus atque ducenta stipuletur, quae centum habeat, sine dubio centum quidem in obligationem venire, alia autem centum actione de dote deberi dicendum itaque est, etiam si nihil sit in dote, centum tamen veniunt in stipulationem, sicuti cum filio, vel matre, vel seruo, vel alij euilibet, doti nomine legaretur, vtile legatum esset.

22. *Paulus libro 9. ad Sabinum.*
§ Si id, quod aurum putatur, cum res esset, stipulatus de te fuero: teneberis mihi huius auris nomine: quoniam in corpore consenserimus, sed ex doli mali clausula tecum agam, si scias me feceris.

23. *Pomponius libro 9. ad Sabinum.*
§ Si ex legati causa, aut ex stipula u hominem certum mihi debeas: non aliter post mortem eius reuocari mihi, quam si per te fuerit, quo minus viuo eo cum mihi daret quod ita sit, si aut interpellatus non dedit, aut decessit enim.

24. *Paulus libro 9. ad Sabinum.*
§ Si ex stipulatu Stichum debeas pupillum, non videbitur per eum mortuo fieri, ut mortuo eo teneatur, nisi si tutore auctore, aut solus tutor interpellatur.

25. *Pomponius libro 10. ad Sabinum.*
§ Si dari stipuler id, quod mihi iam ex stipulatu debeatur, cuius stipulationis nomine exceptione tuus sit promissor: obligabitur ex postero stipulatione, quia superior quasi nulla sit, exceptione obstante.

26. *Ulpianus libro 42. ad Sabinum.*

Generaliter nouimus, curpes stipulationes nullius esse momenti.
27. *Pomponius libro 22. ad Sabinum.*
§ Veluti si quis homicidium, vel sacrilegium se facturum promittat: sed & officio quoque praetoris coninetur, ex huiusmodi obligationibus actione denegari. § Si stipulatus hoc modo fuero, *Si intra biennium Capis, litem non ostenderit dari non nisi praeterito biennio recte petam.*

28. *Paulus libro 10. ad Sabinum.*
§ Si rem tradi stipulamur, non in illegitima proprietate eius dari stipulatur, sed tantum tradi.

29. *Ulpianus libro 46. ad Sabinum.*
§ Scire debemus in stipulationibus esse stipulationes, quor summa sunt, torque esse stipulationes quor species sunt. Secundum quod conuenit: ut mixta vna summa, vel specie, quae non fuit in praecedenti stipulatione, non habet negotio, sed efficit duas esse stipulationes, Quamuis autem placuerit, tor esse stipulationes, quor summa, torque esse stipulationes, quor res: tamen si per vnus quis, quae in conspectu est, stipulatus sit, vel aceruum pecuniae: non tot sunt stipulationes, quor numerorum corpora: sed vna stipulatio, nam per singulos denarios singulas esse stipulationes absurdum est. Stipulationem quoque legatorum constat vnam esse: quamuis plura corpora sint, vel plura legata: sed & familia, vel omnium seruorum stipulatio vna est. Itemque quadrigae, aut leuicatio stipulatio vna est. At si quis illud & illud stipulatus sit: tot stipulationes sunt, quor corpora. § Si a fure hominem sim stipulatus: quae si sum est, an stipulatio valeat, mouet quaestionem, quod stipulatus hominem plerumque meum videor, non valet a teni huiusmodi stipulatio, vbi quis rem suam stipulatus est, & constat: quid ita stipulatus sum, *Quod ex causa condictionis dare faceret oportet?* stipulationem valere: si verum hominem dari stipulatus fuero, nullius momenti est se stipulationem quod postea sine mora decessisse Marcellus ait, quamdiu enim vivit, condici poterit, at si decessisse proponatur: in ea condicione est, ut euaneat condicio propter stipulationem.

30. *Idem libro 47. ad Sabinum.*
§ Sciendum est generaliter, quod si quis se scripserit, *Stipulatus sum, si dederis, videri omnia solemniter acta.*

31. *Pomponius libro 23. ad Sabinum.*
§ Si rem meam sub condicione stipuler: vtilis est stipulatio, si condicione existens tempore meo non sit.

32. *Ulpianus libro 47. ad Sabinum.*

§ Si in nomine serui, quem stipularemur dari, etiam si finisset, cum de corpore constitisset: placet stipulationem valere.

33. *Pomponius libro 25. ad Sabinum.*

§ Si Stichus certo die dari promissus, ante diem mortuus: non tenetur promissor.

34. *Ulpianus libro 48. ad Sabinum.*
§ Vt cum iuretesti, utrum ego stipulatus rem, cuius commercium habere non possam, an quis promittat, si stipuler rem, cuius commercium non habebat: inutilem esse stipulationem, placet, si quis promittat, cuius non commercium habet ipsi nocere, non mihi.

35. *Paulus libro 12. ad Sabinum.*

§ Si stipulor, ut id fiat, quod natura fieri non conuenit: non magis obligatio consistit, quam cum stipulor, ut deum, quod dari non potest: nisi per quem scitis, quo minus facere id possis.

§ Item: quod leges fieri prohibent, si perpetuum causam seruatum est: cessat obligatio, veluti si sororem nupturam sibi aliquis stipuletur. Quamquam, etiam si non sit perpetua causa, ut recidit in spore adoptiva, idem dicitur.

dum sit: quia statim contra mores sit. 2. Si in locan- do, conduendo, vendendo, emendo, ad interrogatio- nem quis non responderit: si tamen consentiatur in id, quod responsum est: valet, quod actum est. quia hi contractus non tam verbis, quam consensu con- firmanntur.

36. Vlpianus libro 42. ad Sabinum.

Si quis, cum aliter eum convenisset obligari, aliter per machinationem obligatus est: erit quidem supilitati iuris obstrictus, sed dolus exceptio, uti potest, quia enim per dolum obligatus est, competi- tur ei exceptio, deest, & si nullus dolus intercessit stipulantis: est ipsa res in se dolum habet cum enim quis perat ex ea stipulatione: hoc ipse dolo facit, quod petit.

37. Paulus libro 12. ad Sabinum.

Si certos nummos, puta qui in arca sint, stipulatus sit, & hi sine culpa promissoris perierint: nihil nobis debetur.

38. Vlpianus libro 49. ad Sabinum.

Stipulatio ista, si de re licet, spondet hoc continet, ut liceat habere, nec per quemquam omnino fieri, quo minus nobis habere liceat. quae res facit, ut videatur reus promississe, per omnes futurum, ut tibi habere liceat, videtur igitur alienum factum promi- sisse. nemo autem alienum factum promittendo ob- ligatur & ita videtur, sed se obligat, ne ipse faciat, quominus habere liceat, obligatur etiam, ne heres suus faciat, vel quis ceterorum successorum efficiat ne habere liceat. Sed si quis promittat, per alium non fieri, praeter heredem suum: dicendum est, iusti- liter eum promittere factum alienum. At si quis velit factum alienum promittere, vel quanti ea res sit, potest promittere. Sed quatenus habere lice- re videbitur, si nemo controuersiam faciat. hoc est, neque ipse reus, neque heredes eius, heredes sine suc- cessoribus. Si quis forte non de proprietate, sed de possessione nuda controuersiam fecerit, vel de usu fructu, vel de usu, vel de quo a iure eius, quod di- stractum est: palam est, committi stipulationem. ha- bere enim non licet ei, nisi aliquid minuitur ex in- re, quod habuit. Quae sunt enim, utrum propriam rem, an & alienam promittere possit habe- re licere, & magis est, ut & alienam promitti possit, quae res ita effectum habebit, si propria esse promi- ssoris ceperit, quare si perseverauerit aliena: dicen- dum erit stipulationem non committi, nisi poena ad- lecta sit. cum neque per eum, neque per successorē eius, quaequam factum sit, sicut autem ex parte rei, successoris eius cum ipso tenentur: ita etiam ex parte actoris committitur stipulatio ipsi stipulanti ceterisque, quicumque ei succedunt. scilicet si rem ipsi habere non licuerit, ceterum si alij habere non licuit: certo certius est, non committi stipulationē. & nihil intererit, utrum ita stipuler, habeat licentiam, nihil habere licere. 6. Hi, qui sunt in aliena potestate, his, in quorum sunt potestate, habere licere stipu- lari possunt: ea ratione, quae cetera quoque his pos- sunt stipulari. Sed si seruus fuerit stipulatus sibi ha- bere, quae situm est, an recte stipulatus videatur. Et ait Iulianus libro quinquagesimo secundo digesto- rum: Si seruus stipuletur sibi habere licere: aut per se non fieri, quo minus habere stipulanti liceat, pro- nuntiat: stipulatio (inquit) non committitur, quamvis auferri res ei, & ipse auferre eandem possit. non enim factum, sed ius in hac stipulatione vertitur. cum vero stipulatur, per promissorem non fieri, quo minus sibi ire agere liceat: non ius stipula- tionis, (inquit) sed factum versatur. Sed vide- tur nihil licet iuris verba contineat haec stipulatio. habere licere: tamen sic esse accipiendum, ut in seruo & in filiofamilias videatur actum esse de pos- sessione retinenda, aut non auferenda, & vires

21. Seruus, capto domino ab hostibus, domino da- ri stipulatus est. quamuis quz simpliciter stipula- tur, vel ab alio accepit, etiam ad heredem captiuum pertinent, aliudque sit iuris in persona filij, quia nec tunc fuit in potestate, cum stipularetur, nec po- stea deprehenditur, ut seruus, in hereditatem tamen in proposito potest quzri: num ex hac stipulatione nihil adquisitum heredi videtur, quomodo si ser- uus hereditarius defuncto, aut etiam heredi futuro stipulatus fuisset. sed in hac specie seruus filio ex- quabitur, nam & si filius captiuus patri suo stipula- tus fuerit dari, res impendendi erit. & si pater apud hostes decesserit, nullius momenti videtur fuisse stipulatio: quoniam alij, non sibi stipulatus est.

22. Cum seruus fructuarius operas suas locasset, & eo nomine pecuniam in annos singulos dari sti- pulatus esset: finito fructu, domino residui temporis adquiri stipulationem, Iulianus scriptum relin- quit, quz sententia mihi videtur firmissima ratio- ne subnixta. nam si in annos forte quinque locatio facta sit, quoniam incertum est, fructus in quem die duraturus sit, singulorum annorum initio cuiusq. anni pecunia fructuaria quzretur: scidum quz non transit ad alterum stipulatio, sed vnicuique ta- tum adquisitur, quantum ratio eius permittit. na & cum idem seruus ita stipuletur, Quamuis pater tibi inna illum diem dedito, tantam dari spondet: im- pendenti est, quis ex stipulatu sit habiturus actio- nem si enim ex re fructuaria, vel operis suis pecu- niam dederit, fructuaria si vero aliunde, donatio si- pulatio quzretur.

23. Scantia libro 13. Quaestionum.

Si alienus seruus duobus bonz fidei seruiens, ex vnius eorum re adquisit, ratio facit, ut ei ex cuius re adquisit, id totum ei adquisit: siue ei soli, siue quasi duobus seruiat. nam & in veris dominis, quo- tiens vtrique adquisitur, totiens partes adquirit. ce- terum, si alij non adquisitur, alium solidum habi- turum. igitur eadem ratio erit & in proposito, ut hic seruus alienus, qui mihi & tibi bona fide ser- uat, mihi solidum ex re mea adquisit, quia tibi no- potest adquisi, quia non sit ex re tua.

24. Paulus libro 15. Quaestionum.

Item homo bona fide mihi seruit. stipulatur ex re mea, vel ex operis suis Stichum, qui ipse est, magis est, ut mihi adquisit: quia & si seruus es- set meus, adquiseret: mihi. nec enim illud dici de- bet, quasi ille quoque in peculio eius esset. sed si ex re mea Stichum, qui meus est, stipulatur: sibi adqui- ret.

25. Apud Labeonem ita scriptum est: Fillum & fi- liam in sua potestate pater intestatus relinquit. fi- lia eo animo fuit semper, ut existimaret, nihil ad se ex hereditate patris pertinere. deinde frater eius, filiam procreauit: & eam infantem reliquit: tuto- res seruo auito eius impetrauerunt, ut ab eo, cui res aut hereditas vendiderunt, stipularetur, quan- ta pecunia ad eum peruenisset. ex ea stipulatione quid pupillz adquisitum sit, puto, referribas. Pau- lus: Est quidem verum, bona fide possessum seruum, ex re eius, cui seruit, stipulationem pos- sessori adquisere. sed si res, quz ex hereditate aut communes fuerunt, in venditionem hereditatis venerunt:

venerunt: non videntur ex re pupillz totum pretium stipulari: ideoque vtrique adquisit.

26. Uenuleius libro 1. Stipulationum.

Si seruus communis ita stipuletur, Calendis Ianua- rijs decem Titio aut Mzuij domino, uter eorum tunc vtrique daret spondet: inutilem esse stipulationem, Iulianus scribit: quia non potest impendere: esse sti- pulatio: nec apparere, utri eorum sit adquisitum.

27. Seruus libro 2. Responso- rum. Seruum fructuarium ex re domini inutiliter fru- ctuarius stipulari, domine ex re fructuaria vtiliter stipulari.

28. Paulus libro 9. ad Plautium. Eadem de eo dicenda sunt, cui vltis legatus est.

29. Neratius libro 2. Responso- rum. Et si duorum usufructus sit: quod ex operis suis alteri eorum stipulatus sit, pro ea dumtaxat par- te, ex qua usufructus est, eius sit, adquisi.

30. Uenuleius libro 12. Stipula- tionum. Si seruus hereditarius stipulatus fuerit, & fideius- sores accepit, potestque adita fuerit hereditas: dubitatur, vtrum an die interpositz stipulationis tempus cedat, an ex adita hereditate. item si seruus e- ius, qui apud hostes sit, fideiussores accepit, & Cas- sius existimat, tempus ex eo computandum, ex quo agi cum potuerit est, ex quo a leatuz hereditas aut possiminius dominus reuertatur.

31. Paulus libro 1. Manualium. Vstructus sine persona esse non potest. & ideo seruus hereditarius inutiliter vltim fructum sti- pulatur. legari autem ei posse vltim fructum dicitur, quia dies eius non ceditur. stipulatio autem pu- ra suspendi non potest. Quid ergo, si sub conditione stipuletur: nec hoc casu valeat stipulatio: quia ex presentis vires accipit stipulatio, quamuis petitio ex ea suspensa sit.

32. Idem libro 2. Manualium. Seruus communis siue emat, siue stipuletur: quam- uis pecunia ex peculio detur, quod alterum ex dominis sequitur: vtrique tamen adquisit. diuersa causa est fructuaria serui.

33. Gaius libro 3. de Verborum obligationibus.

Si ex re domini domino aut fructuario seruus sti- pulatus fuerit: domino quidem adquisi obligatio- nem, Iulianus scripsit: soli autem fructuario posse, quasi quolibet adiecto. 1. Si seruus communis ex re vnius stipulatus erit: magis placuit, vtrique ad- quiri: sed eum, cuius ex re facta est stipulatio, cum socio communi diuidendo, aut societatis, iudicium de parte recipienda reddendum. idemque esse di- cendum: & si ex operis suis alteri ex dominis seruus adquisit. 2. Si ipsi domini singuli eadem decem seruo communi dari fuerint stipulati, & serui el- responsum secutum fuerit: duo rei stipulandi erunt. cum placeat, dominum seruo dari stipulari posse.

3. Sicuti vni nominatim stipulando, ei soli adquisit: ita placet, & si rem emat nomine vnius ex dominis, ei soli seruum adquisere. Item si credat pecuniam, ut vni ex dominis solueretur, vel quodlibet aliud negotium gerat: posse eum nominatim expri- mere, ut vni ex dominis restitatur, aut soluat.

4. Illud quz situm est, an heredi futuro seruus hereditarius stipulari possit. Proculus nega- uit: quia is eo tempore extraneus est. Celsus respon- dit, posse: quia qui postea here: exiterit, videtur ex mortis tempore defuncto successisse. quz ratio illo argumento commendatur, quod heredis fami- lia ex mortis tempore fructuaria facta intellegitur, licet post aliquod tempus here: exiterit. manifestum igitur est, serui stipulationem ei adquisiri.

5. Paulus libro 72. ad Ed. cum.

Si communis seruus sic stipulatus sit, Decem illi

domino, eadem decem alteri dare spondet: dicemus, duos reos esse stipulandi.

30. Idem libro 1. ad Plautium.

Seruus alienus, alij nominatim stipulando, non adquisit domino. 31. Idem libro 8. ad Plautium. Si iustu fructuarius, aut bonz fidei possessoris, seruus stipulatus erit: ex quibus causis non solet is adquisi, domino adquisit. Non idem dicitur, si nomen ipso- rum in stipulatione positum sit.

32. Idem libro 9. ad Plautium. Si cum duorum usufructus esset in seruo, & is ser- uus vni nominatim stipulatus sit ex ea re, quz ad vtrisque pertinet. Sabinus ait, quoniam soli obliga- tus esset, videntium esse, quem admodum alter vtra- rius partem suam recipere possit, quoniam inter eos nulla communio iuris esset, sed verus est, vtile com- muni diuidendo iudicio inter eos agi posse.

33. Idem libro 14. ad Plautium. Si liber homo, vel alienus, qui bona fide seruit, ex re aliena iustu possessoris stipuletur: Iulianus ait, liberum quidem sibi adquisere. seruum vero domi- no: quia iustam domino coheret. 1. Si duo rei stipulandi vltim fructum in seruo habeant, vel qui- bus bona fide seruebat, & iustu vnius a debitore sti- pulatur: ei soli adquisit.

34. Iulianus libro 2. ad Plautium. Si seruus testamento manumissus, cum se liberum esse ignoraret, & in causa hereditaria maneret, pecuniam heredi stipulatus est: nihil debetur heredi- bus, si modo seruit, eum testamento manumissum: quia non potest videri iustam seruitutem seruasse iis, qui illum liberum esse non ignorabant. Distat ista causa eius, qui liber emptus bona fide seruit: quia in eo & ipse & emptoris existimatio consentit. cete- rum is, qui scit hominem liberum esse, quamuis ille condicionem suam ignoret, ne possidere quidem eum potest videri.

35. Modestinus libro 7. Regularum. Seruus hereditarius & heredi futuro, & hereditate recte stipulatur.

36. Iulianus libro 14. Epistularum. Quod seruus stipulatus est, quem dominus pro derelicto habebat: nullius est momenti: quia qui pro derelicto rem habet, omnimodo a se reiecit: nec potest eius operibus vti, quem eo iure ad se per- tinere nolumus. quod si ab alio adprehensus est, sti- pulatione ei adquisere poterit. nam & hzc genere quo- dam donatio est. Inter hereditarium enim seruum, & eum, qui pro derelicto habetur, plurimum inter- est. quoniam alter hereditatis iure retinetur: nec potest relictus videri, qui vniuerso hereditatis iure co- tineatur, alter voluntate domini derelictus, non potest videri ad vltim eius pertinere, a quo relictus est.

37. Pomponius libro 3. ad Quin- tum Mucium.

Si communis seruus ita stipularetur, Lucio Titio & Gaijo Seio dari spondet: qui sunt domini illius: pro virilibus partibus eis ex stipulatione debetur. si ve- ro ita, Dominis meis dare spondet: pro parte, qua domi- ni essent. si vero ita, Lucio Titio & Gaijo Seio dominis meis dare spondet: dubitaretur, vtrumne viriles par- tes, an pro dominica portione eis deberetur. & inter- esset, quid cuius demonstrandi gratia esset adiectum, & quz pars eius stipulationis principalem causam haberet. sed cum ad nomina prius decursum est: ra- tionabilius esse videtur, pro virili parte stipulatione eis adquisi: quod dominorum vocabula pro demon- stratione habeantur.

38. Idem libro 5. ad Quinrum Mucium.

Si seruus meus a libero meo operas sibi dari sti- pulatur: inutilem stipulationem esse, Celsus scribit. aliter atque si, non adiecto hoc verbo sibi, stipulatus fuerit.

39. Idem libro 22. ad Quinrum Mucium. Cum seruus, in quo usufructum habemus

atur. non enim intellegi posse ut quis pro se fideiussor obligetur. Quod si hic locus manumissus fideiussori suo heres existat: durare causam. Et in fideiussione putatur: & tamen nihil minus naturalem obligationem mansuram: ut si obligatio civilis pereat, solum repetere non possit. nec his contrarium esse, quod cum reus fideiussori heres existat, fideiussoria obligatio tollatur: quia tunc duplex obligatio civilis cum eodem esse non potest. Retro quoque si fideiussor seruo manumissus heres existit, eadem aduersus eum obligatio manet: quamuis & naturaliter teneatur, nec pro se quis fideiussore possit.

3. Quod si stipulator eum heredem instituerit, omnimodo fideiussoris obligatio peremittitur: cuius huc tantum naturalis reum iudicet: quoniam quidem nemo potest apud eundem pro ipso obligatus esse. Quod si idem stipulator fideiussor eum heredem scriptis, procul dubio solum fideiussoris obligationem peremittit. Argumentum rei: quod si possessio rerum debitoris data sit creditori, & eque dicendum est, fideiussorem manere obligatum.

4. Cum & tu & Titius eiusdem pecuniae rei essetis: eum, qui pro te fideiussit, posse & pro Titio fideiussore, respondere: quatenus eadem pecunia eidem debitorum sit. nec tamen inane eam creditori futuram: nonnullis enim casibus emolumentum habeturam, veluti si ei, pro quo ante fideiussisset, heres existat: tunc enim confusa prima obligatione, posteriorem duraturam. 5. Cum fideiussor reo stipulatus heres existit: queritur, an, quasi ipse a se exegerit, habeat aduersus reum mandati actionem. respondit, cum reus obligatus maneat, non posse intellegi ipsum a se fideiussorem pecuniam exegisse, namque ex stipulatu potius, quam mandati, agere debet.

22. Florentinus libro 3. Institutionum. **M**ortuo reo promittendi, & ante aditam hereditatem fideiussor accipi potest: quia hereditas personae vice fungitur, sicuti municipium, & decuria, & societas.

23. Marcianus libro 4. Regularum. **S**i mihi aut Titio decem stipulatus fuerim: Titius si fideiussorem accipere non potest: quia solutionis tantum causa adiectus est.

24. Marcellus libro singulari Responsorum. **L**ocus Titius, cum pro Scio fratre suo apud Septicium intervenire vellet, epistulam ita emisit: Si perierit a te frater meus: peto, des ei numerus fidei & periculo meo. postquam epistulam, Septicius Scio pecuniam numeravit. deinde Titius inter reliquos & Scium fratrem pro tertia parte reliquit heredem, quod, an, quia aduersus Scium debitorem Septicii contracta sit actio pro tertia parte, qua Titio fratri suo heres existit, cum coheredibus eius agere in solidum possit. Marcellus respondit, cum coherede Scij non pro maiore quam hereditaria parte, mandati agi posse.

25. Ulpianus libro 11. ad Edictum. **M**arcellus scribit: si quis pro pupillo sine tutoris auctoritate obligato prodigone, vel furioso fideiussit: magis esse, ut ei non subueniatur: quoniam hic mandati actio non competit.

26. Gaius libro 2. ad Edictum provinciale. **I**nter fideiussores non ipso iure dividitur obligatio ex epistula diui Hadriani. & ideo si quis eorum, ante exactam a se partem, sine herede decellit, vel ad inopiam peruenierit, pars eius ad ceterorum onus respicit.

27. Ulpianus libro 22. ad Edictum. **S**i iures sint fideiussores, vnus pure, alius in diem, vel sub conditione acceptus: succurri oportet ei qui pure acceptus est, dum existere condicio potest, scilicet ut interim in virilem conueniatur. sed si cum condicio existit, non est soluendo: qui sub conditione acceptus est: restituendam actionem in pure ac-

ceptum. Pomponius scribit. 1. Praeterea si fideiussor existit: fideiussor. siue plures: quae tunc quoque pertinet ad eandem causam. in qua persona aequa loqui habebit. quae sunt a Diuo Hadriano constituta. 2. Praeterea si quis, an soluendo sit principis fideiussor: vires seque fideiussoris ei adgregantur. 3. Si eorum ipsi fideiussor, ita heredes quoque eorum succenturam, Pomponius scribit. 4. Si fideiussor facit principis alius, & fideiussor si eum heredes potest detrahere, fideiussor, ut inter se eum fideiussor: pro quo fideiussor, diuiditur obligatio. ille enim loco rei: nec potest reus de fideiussore, ut inter se & fideiussorem diuidi obligatio. Proinde si ex duobus fideiussoribus alter fideiussorem dederit: aduersus eum quidem agitur obligatio, pro quo interuenit aduersus confideiussorem, magis est, ut diuidatur.

28. Paulus libro 35. ad Edictum. **S**i contendant fideiussor, ceteros soluendo effectum exceptionem ei dandam, si non ex illi soluendo sit.

29. Idem libro 38. ad Edictum. **S**i sub inoppositi conditione stipulatus sim, fideiussor adhiberi non potest.

30. Gaius libro 3. ad Edictum provinciale. **F**ideiussor pro alio potest quisque, nam si promissor ignoret.

31. Ulpianus libro 23. ad Edictum. **S**i fideiussor, vel quis alius pro reo ante diem creditori soluerit: expectare debet diem, quo eum soluere oportuit.

32. Idem libro 76. ad Edictum. **E**x persona rei, & quidem, inuito reo, exceptio & cetera rei commoda fideiussori ceterisque accessibus competere potest.

33. Idem libro 77. ad Edictum. **S**i eum hominem, quem a Titio petieram, pro quo status de iure acceperam, Titius liberum heredemque reliquerit: si quidem re vera ipse fuit: dicendum est, iudicium in eum transferri, & si non patitur id fieri, committi stipulationem. si autem meus petitoris fuit, neque iussu meo hereditatem adierit, fideiussores tenebuntur ob rem non defensam. si autem adierit me iubente, stipulatio maneat. Plane si meus fuerit, & idcirco differam aditionem, ut, cum vicero, tunc eum iubeam adire, & interim ob rem non defensam agere velim: non committitur stipulatio: quia vir bonus non arbitraretur.

34. Paulus libro 72. ad Edictum. **L**i, qui accessionibus loco promittunt, in leniore rem causam accipi possunt, in deteriore non possunt. Ideo si a reo mihi stipulatus sim, fideiussore mihi aut Titio: meliorem causam esse fideiussoris, Iulianus putat: quia potest vel Titio sol. ere. Quod si a reo mihi aut Titio stipulatus, a fideiussore mihi tantum interrogerem: in deteriore causam acceptum fideiussorem, Iulianus ait. Quod ergo, si a reo Stichum aut Pamphilum, a fideiussore Stichum interrogarem: virum in deteriore causam acceptum esse sublata electione, an in meliorem? quod & verum est: quia mortuo eo liberari potest.

35. Idem libro 2. ad Plautium. **C**um fideiussor aliquis pro seruo: in solidum teneatur: etiam si nihil in peculio sit. Plane si pro domino fideiussor, cuius quo de peculio est: dumtaxat de peculio tenebitur. quod tunc erit, cum res iudicatur.

36. Idem libro 14. ad Plautium. **C**um is, qui & reum & fideiussorem habens, ab vno ex fideiussoribus accepta pecunia praestet adiones: poterit quidem dici, nullas iam esse: cum sum perceperit, & perceptione omnes liberati sunt. sed non ita est. non enim in solidum

solutum accepit, sed quodammodo nomen debitoris vendidit. & ideo habet adiones, quia teneatur ad id ipsum, ut praestet adiones.

37. Idem libro 17. ad Plautium. **S**i quis, postquam tempore transacto liberatus est, fideiussorem dederit: fideiussor non teneatur: quoniam erroris fideiussor, nulla est.

38. Marcellus libro 20. Digestorum. **S**i Stichum aut Pamphilum stipulatus essem, & vtrum promissor voluisset: non possum fideiussorem ita accipere, Stichum aut Pamphilum vtrum fideiussor vellet: quia futurum esset in eius potestate, alium velle, quam reus voluisset. A Titio, qui mihi ex testamento sub conditione decem debuit, fideiussorem accipere: & ei heres extitit. deinde condicio legati existit. quod, an fideiussor mihi teneatur, respondit: si ei, a quo tibi erat sub conditione legatum, cum ab eo fideiussorem accepisses, heres existeret: non poteris habere fideiussorem obligatum: quia nec reus est, pro quo teneatur: sed nec res vlla, quae possit deberi.

39. Modestianus libro secundo Regularum. **V**t fideiussor aduersus confideiussorem suum agat, danda actio non est. ideoque si ex duobus fideiussoribus eiusdem quantitatis, cum alter electus a creditore totum exsoluet, nec ei cessat sine actione: alter nec a creditore, nec a confideiussore conuenitur.

40. Idem libro 3. Regularum. **C**um duo rei constituti sunt: siue ab vtroque, siue ab altero fideiussor datus fuerit: in solidum reus accipitur.

41. Idem libro 13. Responsorum respondit. **S**i fideiussores in id accepti sunt, quod a curatore seruari non possit: & post impletam legitimam partem, tam ab ipso curatore, quam ab heredibus eius solidum seruari potuit: & cessante eo, qui pupillus fuit, soluendo esse desierit: non tamen vtilis in fideiussores actionem competere.

42. Idem respondit, si in solidum condemnatus est vnus ex mandatoribus: cum iudicari conueniri ceperit, posse eum desiderare, ut aduersus eos, qui idem mandauerunt, actiones sibi mandentur.

43. Laetentius libro 10. Epistularum. **S**i ita fideiussorem acceperis, quod ego decem reddi, & de ea pecunia mille mihio vtilis fidei tua esse iubeo: non obligatur fideiussor: quia in aliam rem, quam quae credita est, fideiussor obligari non potest. quia non ut estimatio rerum, quae mercis numero habentur, in pecunia numerata fieri potest, ita pecunia quoque merce estimanda est.

44. Laetentius libro 11. Epistularum. **S**i a Titio stipulatus, fideiussorem te acceperim: deinde eandem pecuniam ab alio stipulatus, alium fideiussorem accipiam: confideiussores non erunt: quia diuersarum stipulationum fideiussores sunt.

45. Laetentius libro 12. Epistularum. **S**tipulatus es, opus arbitratu tuo ante certam diem fieri, quod si effectum non esset: quanti, ut efficiatur, opus locasset, tanti fideiussores cepisti. & quia opus effectum non erat, alij locasti: & cum posterior conducto tuis non daret, ipse operis fecisti. quod, an fideiussor teneatur, respondit: secundum ea verba stipulationis, quae te proposita sunt, fideiussores non teneantur. non enim id fecisti, quod in stipulatione conuenerat: id est, opus alij non locasti, tamen si postea locasti, ea enim locatio, quam secutus es, perinde est, ac si interposita non esset, et si statim tu opus facere coepisses.

46. Laetentius libro 6. Digestorum. **F**ideiussor pro venditore fundorum duorum, altero eisdem conuenit ab emptore, condemnatus est certam quantitatem, quae situm est, an cuius

herede venditoris ante diem, quo iudicatum factum compelleretur, agere possit, respondit: agere quidem posse: sed ex iusta causa ad officium iudicis pertinere, quo fideiussor aut defendatur, aut liberetur.

46. Laetentius libro 10. ex Posterioribus Libeonis. **C**um lex venditionibus occurrere voluerit, fideiussor quoque liberatur: eo magis, quod per eiusmodi actionem ad reum peruenitur.

47. Papinianus libro nono Questionum. **S**i debitori deportatio irrogata est: non posse pro eo fideiussorem accipi, scribit Iulianus: quasi teta obligatio contra eum extincta sit.

48. Idem libro 10. Questionum. **S**i Titius & Scia pro Mevio fideiussorint, subdita muliere dabimus in solidum aduersus Titium actionem: cum scire potuerit, aut ignorare non debuerit, mulierem frustra intercedere.

49. Idem similis & illa quaestio videri potest: ob rematem si restituatur in integrum vnus fideiussor, an alter onus obligationis integrum excipere debeat. sed ita demum alteri totum irrogandum est, si postea minor intercessit, propter incertum aetatis ac restitutionis. Quod si dolo creditoris inductus sit minor, ut fideiussor: non magis creditori succurrendum erit aduersus confideiussorem, quam si facta nouatione, circumuentione minore desideraret in veterem debitorem, vtilem actionem sibi dare.

50. Idem libro 29. Questionum. **S**i testamento liberatum debitorem heres omittat, fideiussorem autem eius continet: proderit exceptio doli fideiussori propter improbitatem heredis, quae prodesse reo debuerat, si conueniretur.

51. Ex duobus fideiussoris heredibus si per errorem alter solidum exsoluat: quidam putant, habere eum conditionem, & ideo manere obligatum coheredem. cessante quoque conditione durare obligationem coheredis probant: propterea quod creditor: qui dum se putat obligatum, partem ei, qui totum dedit, exsoluerit: nullam habebit conditionem. Quod si duo fideiussores accepti fuerint (verbi gratia) in viginti, & alter ex duobus heredibus alterius fideiussoris totum creditori exsoluerit: habebit quidem decem: quae ipso iure non debuit, conditionem: an autem & alia quinque melius repetere possit, si fideiussor alter soluendo est, videndum est. ab initio enim heres fideiussoris siue heredes, ut ipse fideiussor, audiendi sunt: ut scilicet pro parte singuli, fideiussores qui sunt, conueniantur. Seuerior & vtilior est in vtroque casu illa sententia, solutionem non indebitam: quantitatis non debere reuocari. quod etiam epistula Diui Pij significatur in persona fideiussoris, qui totum exsoluerat.

52. Quae situm est: an fideiussor: qui CapYae pecuniam se daturum, Romae promissit: si reus promittendi CapYae esset, statim conueniri possit. dixi non magis fideiussorem confestim teneri, quam si ipse CapYae spondidisset, cum reus adhuc CapYam peruenire non potuisset. nec ad rem pertinere: quod hoc latere nemo dubitet, non dum fideiussorem teneri: quia nec ipse reus promittendi teneretur. nam e contrario quoque: si quis responderit, quoniam debitor CapYae sit, fideiussorem confestim teneri, non habita ratione taciti proprii temporis: euenturum, ut eo casu fideiussor conueniatur, quo debitor ipse, si Romae fuisset, non conueniretur. itaque nobis placet, fideiussoriam obligationem conditionem taciti temporis ex viriisque personis

recipere, tam rei promittendi, quam ipsius fideiussoris. quoniam aliud respondentibus, contra iuris formam in duriorem conditionem acceptus in tellegitur.

50. Idem libro 37. Quæstionum. Debitori creditor pro parte heres extitit, accepto coherede fideiussore. quod ad ipsius quidem portionem attinet: obligatio ratione confusiois intercedit, aut (quod est verius) solutionis potestate: sed pro parte coheredis, obligatio salua est, non fideiussoria, sed hereditaria: quoniam maior tollit minorem.

51. Idem libro 3. Responsorum. Inter eos fideiussores actio diuidenda est, qui solidum & partes viriles fide sua esse iusserunt. Diuerium erit verbis ita conceptis, solitum aut partem virilem fide sua esse iuberet: tunc enim ab initio non nisi viriles partes singulos debere conueniet.

1. Fideiussor, qui partem pecuniæ suo nomine, vel rei promittendi soluit: quo minus, restitui diuisione facta, portionis iudicium accipiat, reculare non debet. eam enim quantitatem inter eos, qui soluendo sunt, diuidi conuenit, quam litis tempore, singuli debent. sed humanius est, & si alter soluendo sit litis contestationis tempore, per exceptionem ei, qui soluit, succurri.

2. Duo rei promittendi separatim fideiussores dederunt, inuitis creditor inter omnes fideiussores actiones diuidere non cogitur: sed inter eos dumtaxat, qui pro singulis interuenerunt. plane si velit actionem suam inter omnes diuidere, non erit prohibendus: non magis quam si duos reos pro partibus conueniret.

3. Creditor pignus distrahere non cogitur, si fideiussorem simpliciter acceptum, omnino pignore, velit conuenire.

4. Cum inter fideiussores actio diuisa, quidam post litem contestatam soluendo esse delierunt: ea res ad onus eius, qui soluendo est, non pertinet. nec auxilio defenditur etatis actor, non enim deceptus videtur, iure communi vsus.

5. Bonis damnati fideiussoris filio vindicatis, inter fideiussores actio postea si diuidi coeperit: ut heredis, ita filii rationem haberi oportet.

52. Idem libro 11. Responsorum.

Missi ruina pignoris damnati: tam fideiussoris, quam rei promittendi periculum spectat. nec ad rem pertinebit, fideiussor ita sit acceptus, quanto minus ex pigno pignoris distracti se uari poterit. illis enim verbis etiam totum contineri conuenit.

1. Inter fideiussores actio diuisa, condemnatus si deserit esse soluendo: fraus vel segnitia tutoribus, qui iudicium persequi poterunt, damnum dabit, quod si diuisam actionem inter eos, qui non erant soluendo, contestabit: pupilli nomine restitutionis auxilium implorabitur.

2. Fideiussores a colonis datos, etiam ob pecuniam dotis prædiorum teneri conuenit: cum ea quoque species, locationis vinculum ad se trahat. Nec mutat, confessum, an interiecto tempore fidem suam adstruxerunt.

3. Plures eiusdem pecuniæ credendæ mandatores, si vnus iudicio eligatur, absolutione quoque secuta non liberantur: sed omnes liberantur pecunia soluta.

53. Idem libro 15. Responsorum.

Capitis postulati fideiussores, ex contractu citra ullam præscriptionem a creditore, qui reum postulabit, recte conueniuntur.

54. Paulus libro 3. Quæstionum.

Si in pignore contrahendo deceptus sit creditor, qui fideiussorem pro mutuo accepit, agit contra pignoratitia actione, in quam actionem veniet, quod interit creditoris. sed ea actio fideiussorem onerare non poterit: non enim pro pignore, sed pro pecunia mutua fidem suam obliget.

55. Idem libro 11. Quæstionum.

Si ita stipulatus a Scio fuerit, Quam pecuniam

Titio quandoque credidero, dare spondes? & fideiussores accepero, deinde Titio sepius credidero: nempe Scius in omnes summas obligatus est, & per hoc fideiussores quoque. & id, quia ex bonis eius, etuari potest, omnibus æquo iure proferre debet.

56. Idem libro 15. Quæstionum.

Si quis pro eo, qui libertus non est, & operas præstatum se iurasset, fideiussor erit: non tenebitur.

1. Item si filius a patre, vel seruus a domino stipuletur: nec fideiussor acceptus tenetur: quia non potest pro eodem, & eadem esse obligatus. lex diuersa ergo patre a filio, vel domino a seruo stipulato, fideiussor acceptus tenetur.

2. Si nummos alienos, quasi tuos, mutuos dederis sine stipulatione: nec fideiussorem teneri, Paponius ait. Quid ergo, si consumptis nummis nata tur conditio? puto, fideiussorem obligatum fore. in omnem enim causam acceptus videtur, quæ ex ea numeratione nasci potest.

3. Pro furti actione fideiussor accipi potest. Itæ pro eo, qui in legem Aquiliam commisit. Diuersa causa est popularium actionum.

57. Seneca libro 18. Quæstionum.

Fideiussor, antequam reus debeat, conueniri non potest.

58. Paulus libro 22. Quæstionum.

Si a colono stipulatus, fideiussorem accepit: vna stipulatio est plurimum pensionum: & ideo in vnuer sis pensibus fideiussor tenetur.

1. Cum factio suo reus principalis obligationem perpetuat, etiam fideiussoris durat obligatio: veluti si moram fecit in Stichio soluendo, & is decessit.

59. Idem libro 4. Responsorum.

Paulus respondit, fideiussorem, in quem pignora a confideiussoribus data translata sunt, non emptoris loco substitutum videri, sed eius, qui pignora accepit, & ideo rationem fructuum & vsurarum haberi oportere.

60. Seneca libro 1. Responsorum.

Vbi cum reus ita liberatur a creditore, ut natura debitum maneat: teneri fideiussorem, respondit. cum vero genere nouationis transeat obligatio: fideiussorem aut iure, aut exceptione liberandum.

61. Paulus libro 15. Responsorum.

Si (vt proponitur) cum pecunia mutua daretur, ita conuenit, vt in Italia soluatur, intelligendum, mandatorum quoque simili modo contraxisse.

62. Seneca libro 5. Responsorum.

Si fideiussor creditor denuntiauerit, vt debitorem ad soluendam pecuniam compelleret, vel pignus distraheret: si que cessauerit: an possit eum fideiussor doli mali exceptione summouere? respondit, non posse.

63. Idem libro 6. Responsorum.

Inter creditricem & debitorem pactum intercesserat, si centum, quæ mutua dederit, vbi primum petita fuissent, non soluere: ornamenta pignori data, intra certum tempus liceret ei vendere: si quo minoris venissent, quodque sortis vel viurarum nomine deberetur, id creditrici redderetur, & fideiussor acceptus est, quæsitum est, an fideiussor in vnuerfam summam obligari poterit. respondit, secundum ea quæ proponerentur, teneri fideiussorem in id, quod minus ex pignoris venditis redactum esset.

64. Hermogenianus lib. 2. Iuris Epitomarum.

Fideiussor, qui minori viginti quinque annis pecuniam optulit, & in publico loco metu in integrum restitutionis consignatam deposuit, confessum experiri mandati poterit.

65. Idem lib. 6. Iuris Epitomarum.

Sicut reus principalis non alius, quam si de sua persona promittat, obligatur: ita fideiussores non æ.

non alius tenentur, quam si se quid daturus vel facturus promittant. nam reum principale datum vel facturum aliquid, frustra promittunt: quia factum alienum inuoluitur promittitur.

66. Paulus libro 1. ad Neratium.

Si seruus alienus pro Titio fideiussit, & soluit: liberatur Titius, si dominus mandati contra eum agere instituit, nam qui mandati agit, ratum habere solutionem videtur.

67. Idem libro 3. ad Neratium.

Exceptio, quæ tibi prodesse debebat, vsus, iniuria iudicis damnatus es. nihil tibi præstabitur iure mandati: quia iniuriarum, quæ tibi facta est, penes te manere, quam ad alium transferri æquius est. scilicet si culpa tua iniuste damnationis causam præbueris.

68. Idem libro 3. Decretorum.

Fideiussores magistratum in pœnam vel multam, quam non spondissent, non debere conueniri, decreuit. 1. Pro Aurelio Romulo conductore vectigalis centum annua Petronius Thallus, & alij fideiusserant, bona Romuli fiscus vt obligata sibi occupauerat: & conueniebat fideiussores tam in sortem, quam in vsuras, qui deprecabantur. lecta subscriptione fideiussionis: quoniam in sola centum annua se obligauerant, non in omnem conductionem: decreuit, fideiussores in vsuras non teneri: sed quidquid ex bonis fuisset redactum, prius in vsuras cedere, reliquum in sortem: & ita in id, quod desuisset, fideiussores conueniendos, exemplo pignorum a creditore distractorum. 2. Non possunt conueniri fideiussores, liberato reo transactione.

69. Trophimus libro 9. Disputationum.

Tutor datur eius filio, cui ex fideiussora causa obligatus erat, a semetipso exigere debet. & quamuis tempore liberatus erit, tamen tutela iudicio eo nomine tenetur. item heres eius, quia cum eo obtutelam, non ex fideiussione agitur. & quamuis non quasi fideiussor, sed quasi tutor soluerit etiam si tempore liberatus est, mandati actionem cum habere aduersus eum promittendi, dixi. hæret enim in vtraque causa adhuc illius debiti persecutio. nam eius solutione liberabit reum promittendi obligationem, in quam pro eo fideiussorat, & non titulus actionis, sed debiti causa respicienda est. licet enim is tutor, qui fideiussor apud pupillum pro eo est obligatus, soluit, se auctore pupillo: quia reo promittendi liberato, & imple tutor idemque fideiussor liberabitur, quod sua auctoritate efficere non potest: tamen est non pro se soluendi animo, sed pro Titio fecit, vt maxime eum liberet, habebit cum eo mandati actionem.

70. Gaius libro 1. de Verborum obligati onibus.

Si a reo sub conditionem seruo stipulatus, potest fideiussorem & in hanc & in aliam conditionem obligare, si modo eas coniungam. nisi enim vtraque extiterit, non tenebitur: cum res ex vna conditione teneatur, quid si eas disiungam, durius sit condicio fideiussoris, nec ob id obligatur. quippe siue communis vtriusque conditio extiterit, siue alterutra, vedeatur adprehendi: cum reus non aliter teneatur, quam si communis extiterit, aut igitur nullo modo tenebitur fideiussor: aut, quod magis est, tenebitur, si prius extiterit communis. 1. Sub diuersis quoque conditionibus si fuerint interrogati: inter se, vtra eorum prior extiterit, si reo iniuncta, tenebitur etiam fideiussor, cum condicio eius extiterit: tamquam si statim ab initio reus pure fideiussor sub conditione acceptus esset, ex diuerso autem, si fideiussoris condicio prior extiterit, non teneatur: perinde ac si statim ab initio pure acceptus esset, reo sub conditione obligato. 2. Si reo in fundum obliga-

to, fideiussor in vsum fructum accipiat: quæsitum est, vtrum obligetur, fideiussor, quasi in minus, an non obligetur, quasi in aliud no Vis in eo videtur dubitatio esse, vsus fructus pars rei sit, an proprium quiddam. sed cum vsus fructus fundi ius est: in cuius est, fideiussorem ex sua promissione non teneri.

3. Adeo a seruo potest fideiussor accipi, vt imple quoque dominus in id, quod sibi debetur, fideiussorem ab eo recte accipiat, quem fideiussorem etiam ab eo ipso seruo interrogari, nihil impedit.

4. Si a furioso stipulatus fueris: non posse te fideiussorem accipere, certum est: quia non solum ipsa stipulatio nulla intercessisset, sed ne negotium quidem vllum gestum intellegitur. Quid si profurioso iure obligato fideiussorem acceperis, teneatur fideiussor? 5. Id, quod vobis dictum est, maleficiorum fideiussorem accipi non posse, non sic intellegi debet, vt in pœnam furti is, cui furtum factum est, fideiussorem accipere non possit: nam pœnas ob maleficia solij, magno ratio suadet: sed ita potius, vt qui cum alio, cum quo furtum admittit, in partem, quam ex furto sibi restitui desiderat, fideiussorem obligare non possit: & qui alieno hortatu ad furtum faciendum prouectus est, ne in furti pœna ab eo, qui hortatus est, fideiussorem accipere possit, in quibus casibus illa ratio impedit fideiussorem obligari, quia scilicet in nullam rationem adhibetur fideiussor, cum flagitiose res societas coita nullam vim habet.

71. Paulus libro 4. Quæstionum.

Cranus Antoninus pro Iulio Pollione & Iulio Rulo pecuniam mutuam accipientibus, ita vt duo rei eiusdem debiti fuerint, apud Aurelium Palmam mandator exstitit. Iulij bona ad fiscum venerunt, similiter & creditoris fiscus successerat, mandator allegabat, se liberatum iure confessionis, quia fiscus tam creditori, quam debitori successerat. Et quidem, si vnus debitor fuisset, non dubitabam, sicut fideiussorem, ita & mandatorum liberatum esse, quamuis enim iudicio conuenio principali debitor, mandator non liberetur: tamen, vbi successit creditor debitori, veluti solutionis iure sublata obligatione etiam mandator liberatur: vel quia non potest pro eodem apud eundem quis mandator esse. Sed cum duo rei promittendi sint, & alteri heres extitit creditor: iusta dubitatio est, vtrum alter quoque liberatus est, ac si soluta fuisset pecunia: an persona tantum exempta, confusa obligatione. Et puto, aditione hereditatis, confusione obligationis eximi personam sed & accessiones ex eius persona liberari propter illam rationem, quia non possunt pro eodem apud eundem obligati esse: vt quemadmodum in ipse alius non possunt, ita nec remaneant. igitur alterum reum eiusdem pecuniæ non liberari: & per hoc nec fideiussorem vel mandatorem eius, plane quia is mandati iudicio eligere potest vel creditorem: co-petitorem ei exceptionem doli mali, si coeperit conueniri, cum altero autem reo vel in solidum, si non fuerit societas, vel in partem, si socij fuerint, posse creditorem agere, quod si creditor fideiussori heres fuerit, vel fideiussor creditori: puto conuenire, confusione obligationis non liberari reum.

72. Gaius libro 3. de verborum obligationibus.

Si fideiussori sub conditione obligato, si nauis ex Asia venerit: quæ sub hoc modo accipi, vt vique ad tempus vitæ suæ dumtaxat obligaretur, pendente conditione, acceptum latum fuerit, & fideiussor adhuc pendente conditione, mortuus est.

fuerit: confestim a reo petere possum: quia existens condicio neque obligationem in personam iam mortui efficere, neque acceptilationem confirmare possit.

73. Paulus libro 76. ad Edictum. CVM procurator in rem agebat: cautionem dederat, ratam rem dominum habiturum. postea, videtur eo dominus reuersus, iterum de eadem re agitabat: & cum reus haberet possessionem, (&) noluit eam restituere: & ideo magno condemnatus est. in amplius fideiussores tenentur. hoc enim non debet imputari fideiussores, quod ille propter suam penam praestitit.

DE NOUATIONIBVS, ET DE LEGATIONIBVS, TIT. II.

1. Ulpianus libro 46. ad Sabinum. NOUATIO est prioris debiti in aliam obligationem vel civilem vel naturalem transfusio atque translatio. hoc est, cum ex procedenti causa ita noua constituitur, ut prior peramatur. Nouatio enim a nouo nomen accepit, & a noua obligatione. 1. Illud non interest, qualis processit obligatio: utrum naturalis an civilis an honoraria: & utrum verbis an re, an consensu. qualiscumque igitur obligatio sit, quae praecessit, nouari verbis potest: dummodo sequens obligatio aut civiliter teneatur, aut naturaliter: vtpote si pupillus sine tutoris auctoritate promiserit.

2. Idem libro 48. ad Sabinum. OMNES res transire in nouationem possunt. quodcumque enim sine verbis contractum est, sine non verbis nouari potest, & transire in verborum obligationem ex quacumque obligatione dummodo sciamus, nouationem ita demum fieri, si hoc agatur, ut nouetur obligatio. ceterum, si non hoc agatur, ut erunt obligationes.

3. Pomponius libro 1. ad Sabinum. CVM bonis interdum est nouare obligationem suam non potest, nisi meliorem suam conditionem fecerit.

4. Ulpianus libro 5. ad Sabinum. SI VFRUCTUS debitorem meum delegaui tibi, non mouetur obligatio mea: quamuis exceptione doli, vel in factum tutus esse debeat aduersus me is, qui delegatus fuerit. & non solum donec maneat eius usufructus, cui delegatus: sed etiam post interitum eius videbitur, quia etiam hoc incommodum sentis, si post mortem eam maneat eius usufructus. & haec eadem dicenda sunt in qualibet obligatione personae cohaerenti.

5. Idem libro 34. ad Sabinum. IN diem obligatio nouari potest, & prius quam dies aduenerit. Et generaliter constat, & stipulatione in diem facta nouationem contingere, sed non statim ex ea stipulatione agi posse, antequam dies venerit.

6. Idem libro 46. ad Sabinum. SI ita fuero stipulatus, QUOD MINUS A TITIO DEBITORE EXIGESSEM, ANIMUS FIDEIUSORIS non sit nouatio: quia non hoc agitur, ut nouetur. 1. CUM pecuniam mutua dedit quis sine stipulatione, & ex contententi fecit stipulationem: vnus contractus est, idem erit dicendum, & si ante stipulatio facta est, mox pecunia numerata sit.

7. Pomponius libro 24. ad Sabinum. CVM enim pecunia mutua data stipulamur, non imputo obligationem numeratione nasci, & deinde eam stipulatione nouari: quia id agitur, ut sola stipulatio teneat, & magis implenda stipulationis gratia numeratio intellegenda est fieri.

8. Ulpianus libro 46. ad Sabinum. SICHUM dari stipulatus fuero, & cum in

maram promissor esset, quo minus daret, rursus eundem stipulatus fuero, definit periculum ad promissorem pertinere, quasi mora purgata.

1. Legata vel fideicommissa si in stipulatione fuerint deducta: & hoc actum, ut nouetur: si nouatio, si quidem pure vel in diem fuerint relicta, statim: si vero sub conditione, non statim, ubi condicio extiterit. Nam & alius qui in diem stipulatur, statim nouatur, si hoc actum est: cum certum sit, diem quandoque venturum. at qui sub conditione stipulatur, non statim nouatur, nisi condicio extiterit. 2. Si quis ita stipulatus a Seio sit, QUOD A TITIO stipulatus fuero, DAT SPONDEAN, si postea Titio stipulatus sim, fiat nouatio, sicutque te nouatur Seius: & ait Celsus, nouationem fieri: si modo id actum sit, ut nouetur: id est, ut Seius debeat, quod Titius promissit. nam eodem tempore & impleri prioris stipulationis conditionem, & nouari ait, eoque iure vitur. 3. Idem Celsus ait, si dicitur solum stipulatione actionem iudicari non nouari. merito: quia hoc solum agitur, ea stipulatione, ut fideiussores cautum sit, non ut ab obligatione iudicari discedatur. 4. Si decem, quae mihi Titius debet, aut decem, quae Seius debet, a Tertio stipulatus fuero: putat Marcellus neutrum liberari: sed Tertium eligere posse, pro quo decem soluere velit. 5. Si ab alio promissam sibi dotem, maritus ab uxore, dotis nomine, stipulatus sit: non duplari dotem, sed fieri nouationem placet, si hoc actum est. quid enim interest, ipsa, an alius quilibet promittat: quod enim ego debeo, si alius promittat: liberare me potest, si nouationis causa hoc fiat. si autem non nouandi animo hoc interuenit: uterque quidem tenetur: sed altero solente, alter liberatur. non tamen si quis stipulatur, quod mihi debetur, aufert mihi actionem, nisi ex voluntate mea stipulatur. liberat autem me is, qui, quod debeo promittit, etiam si nolim.

9. Idem libro 47. ad Sabinum.

SI pupillus sine tutoris auctoritate rem saluam fore stipulatus: pubes factus, ratam stipulationem habuerit nouandi causa: tollitur tutela actio, si non habuerit ratam, licet tutela existat, habet tamen adhuc ex stipulatione actionem: sed iudex tutelae non aliter condemnare debet, quam si ex stipulatione liberatio fuerit. 1. Qui sub conditione stipulatur, quae omnimodo ex natura est: pure videtur stipulari. 2. Qui actum stipulatur, si vnus nihil agit, item usufructum stipulatus, si vnus stipulatur: nihil agit, sed qui iter stipulatus, actum postea stipulatur: aliud magis stipulatur, aliud enim iter, aliud actus.

10. Paulus libro 11. ad Sabinum.

CVM recte soluitur, is etiam nouare potest, excepto eo, si mihi aut Titio stipulatus sim: nam Titius nouare non potest, licet recte ei soluitur.

11. Ulpianus libro 27. ad Edictum.

ELEGARE est, vice sua alium reum dare creditori, vel cui iusserit. 1. Fit autem delegatio vel per stipulationem, vel per litis contestationem.

12. Paulus libro 31. ad Edictum.

SI quis delegauerit debitorem, qui doli mali exceptione tueri se posse sciebat: similis videbitur ei, qui donat: quoniam remittere exceptionem videtur, sed si per ignorantiam promiserit creditori: nulla quidem exceptio aduersus creditorem vti poterit, quia ille suum recepit: sed is, qui delegauit, tenetur conditione vel incerti, si non pecunia soluta esset, vel certi, si soluta esset, & ideo, cum ipse praestiterit pecuniam, eget mandari iudicio.

13. Ulpianus libro 38. ad Edictum.

SI non debitorem quasi debitorem delegaui, creditor

creditori meo: exceptio locum non habebit: sed condicio aduersus eum, qui delegaui, competit.

14. Idem libro 7. Disputationum.

QVOTIENS, quod pure debetur, nouandi causa sub conditione promittitur: non statim fit nouatio: sed tunc demum, cum condicio extiterit. Et ideo si forte Stichus fuerit in obligatione, & pendente condicione decesserit: nec nouatio contingit: quia non subest res eo tempore, quo condicio impletur. Vnde Marcellus, etsi post mortem Stichus in conditionalem obligationem deductus sit, purgari moram, nec in sequentem deduci obligationem putat. 1. Sed si, quod sub conditione debetur, pure quis nouandi causa stipulatur: nec nunc quidem statim nouandi causa stipulatio aliquid esse videatur, sed tunc nouabit, cum extiterit condicio, etenim existens condicio prima stipulationem committit, commissamque in secunda transfert. Et ideo si forte persona promissoris, pendente condicione, fuerit decesserit: Marcellus scribit, ne quidem existente condicione vllam contingere nouationem: quoniam nunc, cum extitit condicio, non est persona, quae obligetur.

15. Iulianus libro 13. Digestorum.

SI creditor pecuniam stipulatus fuerat, si ad diem pecunia soluta non esset, donatione facta, non committitur stipulatio.

16. Florentinus libro 2. Institutionum.

SI reus nec pecuniarem quidem obligationem citra voluntatem domini nouare potest: sed ad eum potius obligationem, quam praestitam nouat.

17. Ulpianus libro 8. ad Edictum.

ELEGARE scriptura, vel nuda, ubi dari non potest, debitorem suum quis potest.

18. Paulus libro 57. ad Edictum.

NOUATIONE legitime facta, liberantur hypothecae, & pignus: vltur non currunt.

19. Idem libro 69. ad Edictum.

DOLI exceptio, quae poterat deleganti opponi, cessat in persona creditoris, cui quis delegatus est. Idemque est & in ceteris similibus exceptionibus. Immo & in ea quae ex senatusconsulto filiofamilias datur, nam aduersus creditorem, cui delegatus est ab eo, qui mutua pecuniam contra senatusconsultum dederat, non vteur exceptio: quia nihil in ea promissione contra senatusconsultum sit: tan o magis, quod hic nec solum repetere potest. Diuersum est in muliere, quae contra senatusconsultum promissit: nam & in secunda promissione intercessio est. Idemque est in minore, qui circumscriptus delegatur: quia, si etiam nunc minor est, rursum circumuenitur auctorem, si iam excessit aetate viginti quinque annorum: quamuis adhuc possit restituere aduersus priorum creditorem. Ideo autem deuegantur exceptiones aduersus secundum creditorem: quia in priuatis contractibus & pactionibus non facile scire poterit actum est: aut, etiam si sciat, dissimulare debet ne curiosus videatur: & ideo merito deuegandum est aduersus eum exceptionem ex persona debitoris.

20. Idem libro 72. ad Edictum.

NOUARE possumus aut ipsi, si iuri sumus: aut per alios, qui voluntate nostra stipulantur. 1. Pupillus sine tutoris auctoritate non potest nouare, tutor potest, si hoc pupillo expediat. item procurator omnium bonorum.

21. Pomponius libro 1. ex Plautio.

SI debitorem meum iussero tibi soluere: non statim debitor etiam stipulando id nouare possit: quamuis debitor soluendo tibi liberaretur.

22. Paulus libro 17. ad Plautium.

SI quis absente me, a debitore meo stipulatus est non uandi animo, ego postea ratum habuero: nouo obligationem.

1. Alius patris actionem, ignorante eo, nouare non potest.

2. Idem libro 5. ex Plautio.

NOUATIO non potest contingere, ea stipulatione, quae non committitur. Nec haec contrarium est: quod, si stipulatus a Titio, fuero nouandi animo sub conditione, quod mihi Sempronius debeat, & pendente condicione Titius decesserit: quamuis aut aditam hereditatem condicio extiterit, nouatio fiet, licet enim morte promissoris non extinguatur stipulatio: sed transit ad heredem, cuius personam interim hereditas sustinet.

3. Idem libro 1. Digestorum.

NON ideo nouare veterem obligationem quisquam recte potest, quod interdum recte et soluitur. nam & his, qui in nostra potestate sunt, quod ab his creditum est, recte interdum soluitur: cum nemo eorum per se nouare priorum obligationem iure possit.

4. Idem libro 3. Digestorum.

SI iudici decem Titius, quindecim Seius debebat: ab Attio stipulatus est, quod, ille aut quod ille debeat, dari sibi, nouarum verumque non est. sed in potestate Attij est, pro quo velit soluere, & eum liberare. fingamus autem ita actum, ut alterum daret, nam alioquin verumque stipulatus videretur, & vtrumque nouatum, si nouandi animo hoc fiat.

5. Idem libro 3. Responsorum.

EMPTOR cum delegante venditore pecuniam ita promittit, QUODQUID EX VENDITO DARE FACTO ERIT, nouatione secuta, vsuras neutri post interitum temporis debet.

6. Idem libro 2. Definitionum.

FNDEM Cornelianum stipulatus, quanti fundus est, postea si ipulor, si non nouandi animo secunda stipulatio facta est, cessat nouatio. secunda vero stipulatio tenet: ex qua non fundus, sed pecunia debetur: itaque, si reus promittendi fundum soluit, secunda stipulatio iure non tollitur: nec si licet actor ex prima contestetur, denique meliore, vel deteriore facta sine culpa debitoris postea fundo, praesens a stimatio fundo petito recte consideretur. in altera vero ea stimatio venit, quae secunda stipulatione temporis fuit.

7. Paulus libro 24. Quaestionum.

ALIAM causam esse nouationis voluntariae, aliam iudicij accepti multa exempla ostendunt. perit privilegium dotis & tutelae, si post diuortium dos in stipulationem deducatur, vel post pubertatem tutelae actio nouetur, si id specialiter actum est quod nemo nostram facimus, actionem excentes, sed meliorem: ut tolet dici in his actionibus, quae tempore, vel morte annu possunt.

8. Idem libro 5. Responsorum.

PAULUS respondit, si creditor a Sempronio nouandi animo stipulatus esset, ita ut a prima obligatione in vniuersum discederetur, rursus eadem res a posteriore debitore sine consensu prioris obligari non posse.

9. Ulpianus libro 1. Stipulationum.

SI rem aliqua mihi dari stipulatus sum, deinde eandem sub conditione nouandi animo ab eodem stipuler: manere oportet rem in rebus humanis, ut nouationi locus sit: nisi per promissor extiterit, quo minus daret, ideoque si hominem mihi dare te oporteat, & in mora fueris, quo minus mihi dare te oportet, de eo teneris. & si prius quam decesseret, cum iam mora facta sit, eundem a te sub conditione stipulatus fuero, & seruus postea decesserit, deinde condicio extiterit: cum iam ex stipulatio obligatus

es mihi nouatio quoque fiet. et si duo rei stipulandi sint: an alter ius nouandi habeat, quæritur, & quid iuris vnusquisque sibi adquisierit: fere autem conuenit, & vni recte solui, & vni iudiciu petentis, totam rem in litem deducere, item vnus acceptilatione petenti vnusque perinde sibi adquisisse, ac si solus stipulatus esset: excepto eo, quod etiam factio eius, cum quo commune ius stipulantis est, amittere debitorem potest. secundum quæ, si vnus ab aliquo stipuletur, nouatione quoque liberare eum ab altero poterit, cum id specialiter agit, eo magis, cum ea stipulatione, simul esse solutioni existimemus. alioquin quid dicemus, si vnus delegauerit creditori suo communem debitorem, isque ab eo stipulatus fuerit: aut mulier fundum iusserit doti promittere viro, vel nuptura ipsi, doti eum promiserit: nam debitor ab vtroque liberabitur.

32. Paulus libro 1. ad Neratium.
Te homi nem, & Seium decem mihi dare oportet. stipulor ab altero nouandi causa ita, quod te aut Seium da e potest. vtrumque nouatur. Paulus: Merito, quia vtrumque in posteriorem deducitur stipulationem.

33. Tryphonius libro 7. Disputatum.
Si Titius donare mihi volens, delegatus, a me, creditori meo stipulanti, propondit: non habebit aduersus eum illam exceptionem, vt quatenus facere potest, condemnatur. nam aduersus me tali defensione merito vtebatur, quia denatum ab eo petebam. creditor autem debitum persequitur.

34. Gaius libro 3. de Verborum obligationibus.
Debitari non debet, quin filius seruusve, cui administratio peculij permisa est, nouandi quoque pecuniaria debita ius habeat. vtique si ipsi stipulerentur, maxime si etiam meliorem suam conditionem eo modo faciunt. nam si alium iubeant stipulari, inter se, vt vtrum donandi animo alium iubeant stipulari, an vt ipsi filij, seruoque negotium gerat, quo nomine etiam mandati actio peculio adquiritur. et adgnatum furiosi, aut prodigi curatorem nouandi ius habere minime dubitandum est, si hoc fauoso, vel prodigo expediat. et in summa admonendi sumus, nihil vetare, vna stipulatione plures obligationes nouari, veluti si ita stipulemur, *Quod Titium & Seium mihi dare oportet, id dari spondeo*. licet enim ex diuersis causis singuli liberantur, cum vtrique obligatio in vnus personam, a quo nunc stipulemur, consistat.

DE SOLUTIONIBVS, ET liberationibus,

TIT. III.

1. Vlpianus libro 43. ad Sabinum.
Quotiens quis debitor ex pluribus causis, vnum debitum soluit. est in arbitrio soluentis dicere, quod potius debitum voluerit soluum, & quod dixerit, id erit solutum. possimus enim etiam legem dicere ei, quod soluitur. quotiens vero non dicemus, id quod solutum sit, in arbitrio est accipientis, cui potius debito accipimus ferat. dummodo in id constituit solutum, in quod ipse debet, esset solutus. quoque debito se exoneraturus esset si deberet, id est in id debitum, quod non est in controuersia, aut in illud, quod pro alio quis d. velle rat, aut cuius dies nondum venerat. acquissimum enim visum est, creditorem ita agere rem debitoris, vt suam ageret, permittitur ergo creditor constitutere, in quod vel in solutum, dummodo sic constitutimus, vt in re sua constitueret. sed constitutere in re presentis, hoc est, statim atque solutum est.

2. Florentinus lib. 2. Institutionum.
Vni in re agenda hoc factu vel creditoribus, vnum sit non accipere, vel debitor non dare, si alio nomine exsoluitur quis eorum velit.

3. Vlpianus libro 43. ad Sabinum.
Ceterum postea non permittitur. Hæc res efficit, vt in duriorem causam semper videatur sibi debere accepto ferre. ita enim & in suo constitueret nomine. **1. Quod si forte a neutro dictum sit in his quidem nominibus, quæ dicitur, vel conditionem habuerunt, id videtur solutum, cuius die venit.**

4. Pomponius libro 13. ad Quintum Mucium.
Et magis quod meo nomine, quam quod pro alio fideiussorio nomine debeo. & potius quod cum pro, quam quod sine pecunia debetur, & potius quod satisdatis, quam quod sine satisfactione debeo.

5. Vlpianus libro 43. ad Sabinum.
In his vero, quæ presentis die debentur, constat, quotiens indistincte quid soluitur, in grauiorem causam videri solutum: si autem nulla prægrauerit, (id est, si omnia nomina similia fuerint) in antiquiorem, grauior videtur, quæ & sub satisfactione videtur, quam ea, quæ pura est. **1. Quod si duo quis dederit fideiussores: potest ita solvere, vt vnum liberet.** **2. Imperator Antoninus cum Diuo patre suo rescriptis: cum distractis pignoris, creditor pecuniam redigit: si sine viura debita, & alia indebita: quod soluitur in viuras, ad viuramque causam vsurarum tam debituram, quam indebitarum pertinere. puta quædam earum ex stipulatione, quædam ex pacto naturaliter debebantur. si vero summa vsurarum debituram, & non debituram non eadem sit: qualiter ad vtramque causam proficit, quod solutum est. non pro rata: vt verba rescripti ostendunt. Sed si forte viura non sint debita, & quis simpliciter soluerit, quas omnino non erat stipulatus: Imperator Antoninus cum Diuo patre suo rescriptis, vt in sortem cedant. eadem autem rescripto ita subicitur: Quod generaliter constitutum est, prius in viuras nummum solutum accepto ferendum: ad eas viuras videtur pertinere, quas debitor exsoluere cogitur. & sicut ex pacti conuentione datur, repeti non possunt: ita proprio titulo non numeratur, pro solutis ex arbitrio percipientis non habebuntur. **3. Apud Marcellum libro vicentesimo digestorum quæritur: si quis a cauerit debitori, in sortem & viuras se accipere vtrum pro rata & forti, & viuras cedat: an vero prius in viuras, & si quid superest, in sorte. sed ego non dubito, quin hæc cautio in sorte & in viuras prius viuras admittat, tunc deinde, si quid supererit in sortem cedat.****

6. Paulus libro 4. ad Plautium.
Nec enim ordo scripturæ spectatur: sed potius ex iure sumitur id, quod agi videtur.

7. Vlpianus libro 43. ad Sabinum.
Si quid ex famosa causa, & non famosa d. latur: id solutum videtur, quod ex famosa causa debetur. Proinde si qui d. ex causa iudicati, & non iudicati debetur: id putem solutum, quod ex causa iudicati debetur. ita Pomponius probat. Ergo, ex causa, quæ institutione crescit, vel ænali de curi dicendum est, id solutum videri, quod pæne habet liberationem.

8. Paulus libro 10. ad Sabinum.
Illud non inoleganter, scriptum est, *Proponitur aut: si par & iterum & contractum: ea & fa sit, ex omnibus summus pro portione id id solutum.*

9. Vlpianus libro 24. ad Sabinum.
Stipulatus sum, mihi aut Stichus seruo Serij pronij solui. Serpronij solui non potest, quamuis dominus serui sit. Qui decem debet partem

partem soluendo, in parte obligationis liberatur, & reliqua quinque sola in obligatione remanent. Itæ qui Stichus debet: parte Stichi datus, in reliquam partem tenetur. Qui autem hominem debet: partem Stichi dand. vni illa ius hominem debere non delinquit, denique hom. ad huc ab eo peti potest. sed si debitor reliquam partem Stichi soluerit, vel per actorem iterum, quo minus accipiat, liberatur.

10. Paulus libro 4. ad Sabinum.
Quod stipulatus ita sum, *Mihi aut Titio* Titius nec petere, nec nouare, nec acceptum facere potest: tantumque ei solui potest.

11. Pomponius libro 8. ad Sabinum.
Stipulatus tuero *Mihi aut pupillo* dare promissor, sine tutoris auctoritate soluendo pupillo, liberabitur a me.

12. Vlpianus libro 30. ad Sabinum.
Vero procuratori recte soluitur, verum autem accipere libetis eum, cui mandatum est vel specialiter, vel cui omnium negotiorum administratio mandata est. Interdum tamen & non procuratori recte soluitur, vt puta cum stipulatio non inserta est, si quis stipuletur sibi aut Titio. Sed & si quis mandauerit, vt Titio soluiam, deinde uenerit eum accipere, si ignorans prohibuit eum accipere, soluiam liberabor, sed & si scieris, non liberabor. **13. Alia causa est, si mihi proponas stipulatum aliquem sibi aut Titio. hic enim, etsi prohibeat me Titio solvere, soluendo tamen liberabor: quia certam conditionem habuit stipulatio, quæ immutari non potuit stipulatore. Sed est non vero procuratori soluiam; ratum autem habeat dominus, quod solutum est: liberatio contingit. rati enim habitio mandato comparatur.**

13. Iulianus libro 54. Digestorum.
Ratum autem habere dominus debet, cum primū certior factus est. hoc est, *πρότερον*, id est cum *λαβόμενος* & *αμφοτέρωθεν*, & cum quo iam spatio temporis accipi debeat, sicut in legato, cum de re restituenda quereretur, spatium quoddam temporis a sumitur nec minimum, nec maximum: et quod magis intellectu percipi, quam ex locutione exprimi possit.

14. Vlpianus libro 30. ad Sabinum.
Quod si forte quis ita soluit, vt nisi ratum habuerit, condicatur dominus solutionem non ratam non habuerit: eo dictio ei, qui soluit, imperit. **15. Sunt quidam tutores, qui honorarij appellantur: sunt, qui rei non ita gratia dantur: sunt, qui ad hoc dantur, vt gerant, & hoc vel pater adicit, vt vnus (pura) gerat, vel voluntate tutorum vni committitur, vel vel pater ita deroit. Dico igitur, uicunque ex tutoribus fuerat solutum, etsi honorariis, (nao & ad hoc periculum pertinet) recte solui, nisi interdita eis fuerit a prætoris administratione: nam, si interdita est, non recte soluitur. idem dico, & si quis scien, su spectis soluat, nam si interim videtur interdita administratione. **2. Quod si remota soluit: ei soluit, qui tutor esse desierat: & ideo non liberatur. 3. Quod ergo, si ei soluit, in cuius locum curator erat constitutus, vt puta relegato in perpetuum, vel ad tempus: dico, si ante soluit, quam substitueretur curator, potest liberari. 4. Sed & si a futuro reipublice causa, soluit: recte soluit. Quintimo & si absentis, si modo non est alius in locum eius substitutus. 5. Siue autem legitimi sunt, siue testamentarij, siue ex inquisitione datur: recte vel vni soluitur. 6. Et, qui natiuæ gratia datus est, an recte soluat, videndum est, quia ad in instruendo: cōtutores datur, sed cui tutor sit, nisi prohibuit eum ferit ei solui, puto liberationem contingere. 7. Curatori quoque furiosi recte soluitur: item curator sibi non sufficientis vel per ratem, vel per aliam iustam causam, sed & pupilli curatoris recte solui, constat. 8. Pupillum sine tutoris auctoritate, nec soluere potest, palam est, sed si deditur nummos non sicut accipientis, vindicarique poterant plane si fuerant consumpti, liberabitur.****

15. Paulus libro 6. ad Sabinum.
Pupillo solui sine tutoris auctoritate non potest. Sed nec delegare potest: qui a nec alienare vllam rem potest: si tamen soluerit ei debitor, & nummi salui sunt, petentem pupillum, doli mali exceptione debitor summo uebit.

16. Pomponius libro 15. ad Sabinum.
Sub conditione debitori si acceptum feratur, postea conditione existente intellegitur iam olim liberatus. Et hoc, etiam si solutio re hat, accidere Aristodicebat. scripsi enim: si quis sub conditione pecuniam promissor dedit: eam ea conditione, vt, si condicio extiterit, in solutum cederet: existente conditione liberari eum, nec oblatre, quod aut eius pecunia facta est.

17. Idem libro 19. ad Sabinum.
Cassius ait: si cui pecuniam dedit, vt eam creditori meo solueret, si suo nomine dederit, neutrum liberari me, quia non meo nomine data sit illi, qui alienam dedit. ceterum mandati eum teneri, sed si creditor eos nummas sine dolo malo consumpsisset: is, qui suo nomine eos soluisset, liberatur: ne, si aliter obseruaretur, creditor in luero versaretur.

18. Vlpianus libro 41. ad Sabinum.
Si quis seruo pecuniis exigendis præposito soluisse potest manumissionem, si quidem ex contractu dominus sufficiens, quod ignorauerit manumissum, quod si ex causa pecuniari: quamvis scierit manumissum, si tamen ignorauerit, ademptum ei peculium: liberatus est. Vtroque autem casu manumissus, si interuertiendi causa id fecerit, sicut domino facit. Nam & si debitori meo mandauero, vt Titio pecuniam solueret, deinde Titio uetere acciperet, idque ignorans debitor Titio simulanti se procuratorem soluerit: & debitor liberabitur, & Titius furti actione tenebitur.

19. Pomponius libro 21. ad Sabinum.
Fugitiuus meus, cum pro libero se gereret, nummos mihi subreptos creditit tibi, obligari te mihi, libere ait, & si cum libero existimas solueris ei, liberari te a me. sed si alij soluites iussu eius, vel iuratum habuisset: non liberari, quia priore casu mei nummi facti essent, & quasi mihi solutum intellegitur. Et id eo seruus meus, quod pecuniari nomine crediderit, exigendo liberabit debitor: em delegando autem, vel nouando, non idem consequeretur.

20. Idem libro 22. ad Sabinum.
Si rem meam, quæ pignoris nomine alij effect obligata, debitum tibi solueris: non liberabor, quia auocari tibi res potest ab eo, qui pignori accepisset.

21. Paulus libro 10. ad Sabinum.
Si decem stipulatus a Titio, deinde stipuleris a Seio: quanto minus ab ille, consecutus si: etsi decem petieris a Titio, non tamen absoluitur Seius, quid enim si condemnatus Titius nihil facere potest? sed etsi cum Seio prius egeris, Titius in nullam partem liberatur, incertum quippe est, an omnino Seius debiturus sit: denique si totum Titius soluerit, nec debitor fuisse videtur Seius, quia condicio eius deficit.

22. Vlpianus libro 43. ad Sabinum.
Filius familias, patre inuito, debitorum eius liberatus non potest, adquiret enim obligationem potest, deminuerit non potest.

23. Pomponius libro 24. ad Sabinum.
Solutope, vel iudicium pro nobis accipiendo, & inuicti & ignorantes liberari possumus.

24. Vlpianus libro 47. ad Sabinum.
 F I I 3

Si fideiussor pro duobus dena fideiussit, obligatus est in viginti. & siue viginti, siue dena solue...

25. Pomponius libro 31. ad Sabinum.

Ex parte heres institutus, si decem, quae defunctus promiserat, tota soluit: pro parte quidem, qua heres est, liberabitur: pro parte autem reliqua, ea condicet...

26. Idem libro 35. ad Sabinum.

Si creditor fundum pignoratitium vendiderit, & quantum ei debebatur, excepit: debitor liberabitur. Sed etsi acceptum emptori pretium tulisset...

27. Julianus libro 28. ad Edictum.

Etiā circa stipulationem, & ex testamento actio nem si res tradita fuerit, quae debebatur: quamdiu aliquid iuri rei deest; adhuc tamen ipsa res petenda est...

28. Paulus libro 38. ad Edictum.

Debitore soluendo ei, qui pro tutore negotia gerit, liberantur, si pecunia in rem pupilli peruenit.

29. Vlpianus libro 38. ad Edictum.

Quia Stichus & Pamphilus communi seruo promissi sunt: non alteri Stichus, alter Pamphilus solui potest: sed dimidia singulorum partes debentur. Idemque est, si quis aut duos Stichos, aut duos Pamphilos dari promiserit...

30. Idem libro 51. ad Edictum.

Si debitor offerret pecuniam, quae peteretur: creditor nollet accipere: praetor ei denegat actiones.

31. Idem libro 7. Disputationum.

Inter artifices longa differentia est & ingenij, & naturae, & doctrinae, & institutionis. ideo si nauem a se faciendam quis promiserit, vel insulam aedificandam, iustamve faciendam, & hoc specialiter actum est...

32. Julianus libro 13. Digestorum.

Si seruus peculiatum nomine crediderit, ei que debitor, cum ignoraret dominum mortuum esse, ante aditam hereditatem soluerit: liberabitur. Idem ius erit, & si manumisso seruo debitor pecuniam soluerit, cum ignoraret, ei peculium concessum non esse...

33. Idem libro 52. Digestorum.

Qui sibi aut Titio fundum dari stipulatus est, quantum fundus Titio datus fuerit, tamen si postea euitus est, habet actionem. quemadmodum si hominem stipulatus esset, & promissor statim liberum Titio dedisset, usque ad libertatem peruenisset.

Qui Stichum aut Pamphilum dari promiserit, Stichum vulnerauerit, non magis cum dando liberatur, quam si solum Stichum promississet, & a se vulneratum daret. Item qui hominem dari promiserit, & vulneratum a se offert, non liberatur. Iudicio quoque accepto, si hominem is, cum quo agitur, vulneratum a se offert: condemnari debet. Sed ab aliis vulneratum si det, condemnandus erit: cum possit alium dare.

34. Idem libro 54. Digestorum.

Qui hominem aut decem tibi aut Titio dari promiserit, si Titio parte in hominis tradiderit, mox tibi decem numerauerit: non Titio, sed tibi parte in hominis condicet, quasi indebitum tua voluntate Titio soluerat. Idemque iuris erit, etiam si mortuo Titio decem soluerit: ut tibi potius, quam heredi Titij partem hominis condicet.

Si duo rei stipulandi hominem dari stipulati fuerint, & promissor utriusque partes diuersorum hominum dederit: dubium non est, quin non liberetur. Sed si eiusdem hominis partes utriusque dederit, liberatio contingit: quia obligatio communis efficiet, ut, quod duobus solutum est, vni solutum esse videatur.

Nam ex contrario cum duo fideiussores hominem dari sponderint: diuersorum quidem hominum partes dantur, non liberantur: ac si eiusdem hominis partes dederint, liberantur. Si stipulatus sum, decem mihi aut hominem Titio dari, si homo Titio datus fuisset, promissor a me liberatur. & antequam homo daretur, ego decem petere possum.

Si Titium omnibus negotiis meis praeposuero, deinde vetero eum, ignorantibus debitoribus, administrare negotia mea: debitoribus, ei soluendo, liberabuntur. Nam is, qui omnibus negotiis suis aliquem proponit, intellegitur etiam debitoribus mandare, ut procuratori soluant.

Si, nullo mandato intercedente, debitor falsum existimauerit, voluntate mea pecuniam se numerare: non liberabitur. & ideo procuratori, qui se videri alienis negotiis offerre, soluendo nemo liberabitur.

Et cum fugitiuus, qui pro libero se gerebat, rem vendidisset: responsum est, emptores fugitiuus solueret, a domino liberatos non esse. Si gener socero, ignorante filia, dotem soluisset: non est liberatus: sed condicere socero potest, nisi ratum filia habuisset. & propemodum similis est gener ei, qui absentis procuratori solueret: quia in causam dotis particeps, & quasi socia obligationis patri filia esset.

Si debitorum meum iussore pecuniam Titio dare, donaturus ei: quamuis Titius ea mente accepit, ut meos nummos faceret: nihilominus debitor liberabitur. sed si postea Titius eandem pecuniam mihi dedisset, nummi mei fient.

Quidam filium familias, a quo fideiussorem acceperat, heres se instituerat, quae filii est, si iussu patris adisset hereditatem, an pater cum fideiussore agere possit, dixi, quotiens reus fideiussori reo factis accipiendi heres existeret, fideiussores ideo liberari: quia pro...

quia pro eodem apud eundem debere non possent. Si praedo id, quod a debitoribus hereditariis exegerat, petenti hereditatem restituerit: debitoribus liberabuntur.

Si decem aut hominem dari stipulatus fuero: & duos fideiussores accepero, Titium, & Mauium, & Titius quinque soluerit: non liberabitur, prius quam Mauius quoque quinque soluat, quod si Mauius partem hominis soluerit, uterque obligatus rem nebit.

Qui perpetua exceptione se tueri potest, solutum repetit: & ideo non liberatur, quare si ex duobus reis promittendi alter pepigerit, ne ab eo peteretur: quamuis soluerit, nihilominus alter obligatus manebit.

35. Alfenus Varus libro 2. Digestorum.

Si seruus ex peculio suo credidisset, aut deosoluit: id est, si uenisset, siue quantumuis esset, recte solui potest: nisi aliqua causa intercederet, ex qua intellegi possit, inuito eo, cuius cum is seruus fuisset, ei solui. Sed si quis dominicus pecuniam ab eo contractus esset, si permissu domini seruus negotium dominicum gessisset, idem iuris est. videtur enim voluntate domini, qui cum seruo negotium contraheret, & ab eo accipere, & ei soluere.

36. Iulianus libro 1. ad Vetusum Ferocem.

Si pater meus praegnante uxore reliqua, decesserit & ex causa hereditaria totum hoc, quod patri meo debitum fuisse, petisserim: nihil me consumpsisse, quidam existimant. si nemo natus sit, recte me egisse: quia in rerum natura verum fuisse, me solum heredem fuisse. Iulianus notat: Verius est, me eam partem perdidisse, pro qua heres fuisset, antequam certum fuisset, neminem nasci: aut quartam partem, quia tres nasci poterunt: aut sextam, quia quinque, nam & Attilio scripsit, quinque nasci posse, quia uulx mulierum totidem receptacula habere possunt, & esse mulierem Romae Alexandriam ab Aegypto, quae quinque simul peperit, & tum habebat incolumes, & hoc & in Aegypto adfirmatum est mihi.

37. Idem libro 2. ad Vetusum Ferocem.

Volens vnus ex fideiussoribus suam partem soluisset: tamquam negotium reo gessisset: perinde habendum est, ac si reus ipse vnus fideiussoris partem soluisset. sed tamen, ut non ex forte decedat, sed is fideiussor solus liberatur, cuius nominis solutio facta fuerit.

38. Africanus libro 7. Quaestionum.

Quis sibi aut Titio dari stipulatus sit: magis esse ait, ut ita demum recte Titio solui dicendum sit, si in eodem statu maneat, quo fuit, cum stipulatio interponeretur, ceterum siue in adoptionem, siue in exilium ierit, vel aqua & igni ei interdicitum, vel seruus factus sit: non recte ei solui, dicendum, tacite enim inesse haec conuentio stipulationi videtur, si in eadem causa maneat.

Si debitorum meum iusserim Titio soluere, deinde Titium veterum accipere, & debitor ignorans soluerit: ita cum liberari existimauit, si non ea mente Titius nummos acceperit, ut eos lucretur, alioquin, quoniam furtum eorum sit facturus mansuros eos debitoris, & ideo liberationem quidem ipso iure non posse contingere debitoris. exceptione tamen ei lucretur, a quo esse, si paratus sit, conditionem furtiuiam, quam aduersus Titium habet, mihi prestare, sicuti seruatur, cum maritus uxori donaturus, debitorum suum iubeat soluere, nam ibi quoque, quia nummi mulieris non sunt, debitorum non liberari: sed exceptione eum aduersus maritum tueniam esse, si conditionem, quam aduersus mulierem habet, praestet, furti tamen actionem in propositum mihi post diuortium...

Si quis pro eo reuerso fideiussit, qui, cum reipublicae causa abesset, actione qua liberatus sit, deinde annus praeterierit: an fideiussor liberetur? quod Iuliano non placebat: & quidem si cum fideiussore experiundi potestas non fuit, sed hoc casu in ipsum fideiussorem ex edicto actionem restitui debere: quemadmodum in eum fideiussorem, qui hominem promissum occidit. Qui pro te apud Titium fideiussit, pignus in tuam obligationem dedit: potest idem herede te instituit, quamuis ex fideiussoria causa non tenearis, nihilominus tamen pignus obligatum manebit, ac si idem alium fideiussorem dederit, atque ita heredem te instituerit: rectius existimari ait, sublata obligatione eius, pro quo fideiussum sit, eum quoque, qui fideiussit liberari.

39. Idem libro 8. Quaestionum.

Si solutus pecuniam tibi, iussu tuo signatam eam apud nummularium, quoad probaretur deposuerim: tui periculi eam fore, Mela libro decimo scribit, quod verum est, cum eo tamen, ut illud maxime spectetur, an per te steterit, quo minus in continenti probaretur, nam tunc perinde habendum erit, ac si parato me soluere, tu ex aliqua causa accipere nolles, in qua specie non utique semper tui periculum erit quid animi, si inopportuno tempore, vel loco optulerim? His consequens esse puto: ut etiam si & emptor nummas, & venditor mercem, quod inuicem parum fidei haberent, deposuerint: & nummi emptoris periculo sint, utique si ipse cum, apud quem reponerentur, elegerit: & nihilominus merx quoque, quia emptio perfecta sit.

40. Marcianus libro 3. Institutionum.

Si pro me quis soluerit creditori meo, licet ignorante me: acquiritur mihi actio pignoratitia. Item si quis soluerit legata, debent discedere legatarij de possessione, alioquin nascitur heredi interdicitum, ut eos detere possit.

41. Papinianus libro 1. de Adulteriis.

Reo criminis postulato, interim nihil prohibet recte pecuniam a debitoribus solui, alioquin plerique innocentium necessario sumptu egebunt.

42. Paulus libro 3. de Adulteriis.

Ed nec illud prohibitum videtur, ne a reo creditori soluantur.

43. *Vl. l. ius* libro 2. Regularum.
IN omnibus speciebus liberationum etiam accep-

44. *Marcellus* libro 2. Regularum.
IN numerationibus aliquando euenit, vt vna nu-

45. *Vl. l. ius* libro 1. Responforum.
Callipio respondit.
Vnus stipulanti vxori vir sponderit, di-

46. *Marcellus* libro 3. Regularum.
SI quis aliam rem pro alia volenti soluerit, & c-

47. *Idem* libro 4. Regularum.
IN pupillo, cui sine tutoris auctoritate solutum

48. *Marcellus* libro singulari Responforum.
Tunc, cum propter dotem bona mariti posside-

49. *Marcellus* libro singulari ad Hypo-
thecariam formulam.
Solutam pecunia intellegimus vtique naturali-

alij soluitur, vel ex editori eius, vel futuro debito-
ri, vel etiam eius, cui donaturus erat: absoli debet.

50. *Paulus* libro 10. ad Sabinum.
Sicuti autem tibi promissum, ignorant, quasi

51. *Idem* libro 9. ad Edictum.
Dispensatori, qui ignorante debitore remotus

52. *Vl. l. ius* libro 14. ad Edictum.
Satisfactio pro solutione est.

53. *Caecilius* libro 5. ad Edictum Provinciale.
Solueri pro ignorante & iniuto cuique licet: cum

54. *Paulus* libro 56. ad Edictum.
SOLUTIONIS verbum pertinet ad omnem libera-

55. *Vlpianus* libro 61. ad Edictum.
QUI sic soluit, vt recipere, non liberatur. quem-

56. *Paulus* libro 62. ad Edictum.
QUI mandat solui, ipse videtur soluere.

57. *Vl. l. ius* libro 71. ad Edictum.
SI quis stipulatus fuerit decem in melle: solui qui-

58. *Idem* libro 80. ad Edictum.
SI quis offerenti se negotiis alienis, bona fide sol-

59. *Paulus* libro 2. ad Plautium.
SI ita stipulatus sim, Mihi aut Titio dare spondeo &

si tebitum aditcto solutum sit: stipulatori posse
condi, si iulianus putat, vt nihil interfit, iubeam

60. *Idem* libro 4. ad Plautium.
SI quis alienum hominem in solutum dedit, vlti-

61. *Idem* libro 5. ad Plautium.
IN perpetuum quotiens id, quod tibi debeam, ad

62. *Idem* libro 8. ad Plautium.
DISPENSATORIS mensura testamentum liberum esse

63. *Idem* libro 9. ad Plautium.
SI debitor sit seruus, seruo dicitur: si seruus

64. *Idem* libro 14. ad Plautium.
CVM iussu meo id, quod mihi debes, soluis cre-

65. *Pomponius* libro 1. ex Plautio.
SI filia furiosi a viro diuertente diti est, vel ad-

66. *Idem* libro 6. ex Plautio.
SI pupilli debitor, iubente eo sine tutoris aucto-

67. *Marcellus* libro 13. Digestorum.
SI quis duos homines promiserit, & Stichum sol-

68. *Idem* libro 16. Digestorum.
SERuus decem dare iussu pupillo, & liber esse, si

pillo seruus, quae potest impleri citra interuentu
quoque tutoris, & quid, inquis, si curatorem ha-

69. *Celsus* libro 24. Digestorum.
SI hominem, in quo vltus fructus alienus est, vel

70. *Idem* libro 26. Digestorum.
QVOD certa die promissum est, vel ratum dari

71. *Idem* libro 27. Digestorum.
CVM decem mihi aut Titio dari stipulatus,

72. *Marcellus* libro 20. Digestorum.
QUI decem debet, si ea opulerit creditori, &

1. CUM Stichum mihi deberes, & in solvendo
moram fecisses, sub condicione eum promissi, pe-

2. SED quid, si ignorante debitore ab alio
creditor eum stipulatus est: hic quoque existimau-

3. IDEM responsum est, si quis, cum subreptus
sibi seruus esset, sub condicione stipulatus fuerit,

4. SED quid, si ignorante debitore ab alio
creditor eum stipulatus est: hic quoque existimau-

vel promissor, defecisse seruum. non poterit ratio-
ni, quam supra reddidimus, lo. us esse. non enim
optulisse eum propter absentiam intellegi potest.
4. Stichum aut Pamphilum stipulatus sum,
cum esset meus Pamphilus. nec si meus esse dese-
rit, liberabitur promissor Pamphilum dando: neu-
trum enim videtur in Pamphilo homine contineri.
Sed obligatio, nec solutio. Sed ei, qui hominem
dari stipulatus est, vnum etiam ex his, qui tunc
stipulatori seruierant, dando promissor liberatur.
vi quidem ipsa & hic ex his dari stipulatus est,
qui eius non erat singamus ita stipulatum, *Hominem*
ex his, quos Sempronius reliquit, d. re sp. ad. 12. cum tres
Sempronius reliquisset: eorumque aliquem stipu-
latoris fuisse, num mortuis duobus, qui alterius
erant, supererit vlla obligatio, videamus. & magis
est, defecere stipulatore: nisi ante mortem duo-
rum defecerit esse reliquus seruus stipulatoris.

5. Qui hominem debebat: Stichum, cui li-
bertas ex causa fideicommissi praestanda est, soluit,
non videtur liberatus nam vel minus hic seruum
dedit, quam ille qui seruum nondum noxa solu-
tum. Num ergo & si bispellionem, aut alias turpe
dederit hominem, idem sit? & sanè datum negare
non possumus. Sed differt hæc species à prioribus.
habet enim seruum, qui ei adferri non possit.

6. Promissor serui eum debet hominem solu-
tere, quem si velit, stipulator, possit ad libertatem
perducere.

73. *Idem* libro 31. Digestorum.
Ob triginta nummos pecuniae credita fideiuf-
sorem in viginti dedi, & pignus in decem ex
venditione autem pignoris creditor decem conse-
cutus est, vtrum ex vniuersitate id decedit, (vt qui-
dam putant) si in soluendis decem nihil debitor
dixisset: an (sicut ego puto) in totis decem fideiuf-
sori contingit liberatio: quia, hoc dicendo, ponit
hoc esse. nec debitor, vt vbi non dixit, id potius
soluendum existimetur, quod satisfato debeat:
magis tamè existimo, licuisse creditoris, in id, quod
solus debebat reus, accepto referre.

74. *Modestinus* libro 3. Regularum.
Id, quod pæne nomine à debitore exactum est,
iuro debet credere creditoris.

75. *Idem* libro 8. Regularum.
Sicut acceptilatio in eum diem precedentes per-
mitit actiones, ita & confusio. nam si debitor he-
res creditoris exiterit, confusio hereditatis per-
mitit petitionis actionem.

76. *Idem* libro 6. Responsorum.
Modestinus respondit: si post solutum sine vllò
pacto omne, quod ex causa tutelæ debeatur,
actiones post aliquod intervallum cessæ sint: nihil
ea cessatione actum, cum nulla actio superferret,
quod si ante solutionem hoc factum est, vel
cum contuisset, vt mandarentur actiones, tunc
solutio facta esset, mandatum subsolutum est: sal-
uas esse mandatas actiones: cum nouissimo quo
que casu pretium magis mandatarum actionum
solutum, quam actio, quæ fuit, perempta videatur.

77. *Idem* libro 7. Pandectarum.

In libertate antiquior contractus operatum esse nõ
potest, sine quo libertas ei data non esset.

78. *Iulianus* libro 11. ex Cassio.
Si alieni nummi, inscio, vel invito domino, solu-
ti sunt, manent eius cuius fuerunt, si mixti es-
sent, ita vt discerri non possent: eius fieri, qui ac-
cepit, in libris Gaii scriptum est. ita vt actio domi-
no cum eo, qui dedisset, fuiti competere.

79. *Idem* libro 10. Epistularum.

Pecuniam, quam mihi debes, aut aliam rem, si
in conspectu meo ponere te iubeam, efficitur,
vt & tu statim libereris, & mea esse incipiat. nam
tum, quod à nullo corporaliter eius rei possit esse

detineretur, ad quæ sita mihi, & quodammodo manu
longa tradita existimanda est.

80. *Pomponius* libro 4. ad Quintum
Mucium.

Prout quidque contractum est, ita & solui de-
bet. Vt, cum r. contraxerimus, res solui debet: ve-
luti cum mutuum dedimus, vt retro pecuniam tan-
tundem solui debeat. Et cum verbis aliquid con-
traximus: vel res, vel verbis obligatio solui debeat.
verbis, veluti cum acceptum promissori sit, re ve-
luti cum soluit, quod promissit. Atque cū emptio,
vel venditio, vel locatio contracta est: quoniam
consensu nudo contracti potestatem dissentiu cõ-
tractario dissolui potest.

81. *Idem* libro 6. ad Quintum Mucium.

Si stipulatus sum mihi aut Titio dari, si Titius de-
cesserit, hæc edicti eius solvere non poteris.

Si lancem deposuerit apud me Titius, &
pluribus heredibus relicta decesserit: si pars here-
dum me impellet, optimum quidem esse si præ-
tor aditus iussisset me parti heredum eam lancem
tradere. quo casu depositi me reliquos coheredi-
bus non teneri, sed eam sine parte sine dolo ma-
lo hoc fecerit, liberabor. aut, quod verius est, non
incidam in obligationem, optimum autem est, id
per magistratum facere.

82. *Proculus* libro 5. Epistularum.

Si cum Cornelio fundum suum, nomine Seia, vi-
ro eius, loci dedisset, nec de eo reddendo quic-
quam caussisset, fecit vt inter se vir & Seia pa-
reantur, vt diuortio facto is fundus Cornelio red-
deretur non puto, diuortio facto, virum vtante
Seia eum fundum Cornelio tuto reddidit esse.
sicuti si, cum pactum conuenit nullum interces-
sisset, diuortio facto mulier, iussit eum fundum
Cornelio reddi, deinde, antequam redderetur, vetui-
sset, non tuto redderetur. sed si, antequam seia ve-
taret, Cornelio eum fundum reddidisset, nec cau-
sam habuisset existimandi, id iniuria Seia factum
esset nec melius, nec æquius est: existimare, eum
fundum Seia reddi.

83. *Pomponius* libro 14. ex Variis lectionibus.

Si tuo seruo credidero, vnumque redemero, & is
manumissus mihi soluerit: non repetet.

84. *Proculus* libro 7. Epistularum.

Edicti de peculio serui nomine cum domino,
non esse liberatos fideiussores eius, respondit.
at si idem seruus ex peculio suo, permilla admi-
stratione peculij, nummos soluisset: liberatos esse
fideiussores eius rectè legitur.

85. *Callistratus* libro 1. Edicti Monitorij.

Solidum non soluitur, non minus quantitate, quã
die.

86. *Papianus* libro 8. ad Edictum.

Hoc iure vitimur, vt litis procuratori non rectè
soluatur. nam & absurdum est, cui iudicatis ac-
tio non datur, ei ante rem iudicaram solui pos-
se, si tamen ad hoc datus sit, vt & solui possit: sol-
uendo eo, liberabitur.

87. *Celsus* libro 20. Digestorum.

Quodlibet debitum solutum à procuratore meo
non repeto: quoniam cum quis procuratorem
omnium rerum suarum constituit, id quoque man-
dare videtur, vt creditoribus suis pecunia soluat.
neque postea ex spectandum est, vt ratum habeat.

88. *Scaevola* libro 5. Digestorum.

Filia intestato patri heredis negotia mater gessit,
& res vendendas per argentarios dedit. id-
que ipsum codice conscriptum est. argentarij
vniuersum redactum venditionis soluerunt. & post
solutionem nouem serè annis, quidquid a-
gendum erat, nomine pupillæ mater egit: eam-
que in nuptum collocauit: & res ei tradidit.
quæritur est, an puella cum argentariis ali-
quam actionem habeat: quando non ipsa stipula-
ta sit pretium rerum, quæ in venditione
sunt,

supra, sed mater, respondi: si de eo quaeretur, an iure
ea solutio argentarij liberati essent: responderi:
iure liberatos. *Claudius*: Subest enim illa ex iurisdic-
tione pendens quaestio, an pretia rerum, quæ scie-
bant esse pupillæ, bona fide soluisse videantur matri,
quæ ius admittit: auonon habebat, ideoque, si
hoc sciebant, non liberantur: scilicet si mater solu-
do non sit.

89. *Idem* libro 29. Digestorum.

Ex pluribus causis & chirographis creditor ita ca-
uit: *Titius Mæuius dicitur me accepisse, & habere,
& accepto talisse à Gato Titio reliquum omne ratione
posita eius pecunie, quam mihi Stichus Gaij Titij ser-
uus caussat.* quæritur est, an ex ceteris chirogra-
phis, quæ non Stichus cauit, sed ipse debitor, integra
manet actio: ex reliquis chirographis per ipsum de-
bitorem cauit. respondit, eam solam obligationem
dissoluiam, ex qua solutum proponeretur.

Lucius Titius ex duobus chirographis, quibus
quadringenta ei à Seio debebat, altero centum, altero
trecentum, scripsit Seio, vt vnus chirographi centum per
Mæuium & Septimium sibi mitteretur. quæro, an
Seius, si Mæuius & Septimius ex trecentum quoque sol-
uisset se dicat, liberatus sit. respondit: si nec mandauit,
vt ex trecentum solueretur, nec solutum ratum ha-
bit: non esse liberatum. 2. Lucius Titius dua-
bus stipulationibus, vna quingentum sub vsuris maio-
ribus, altera viginti sub vsuris leuioribus, Seium ea-
dem die obligauit, ita vt viginti prius soluerentur
id est, idibus Septembris, debitor post diem vtrius-
que stipulationis cedentem, soluit vigintifex: neque
dictum est ab altero, pro qua stipulatione solueret.
quæro, an, quod solutum est, eam stipulationem
exonerauerit, cuius dies ante cessit, id est, vt viginti
fortis soluta videantur, & in vsuras eorum sex data.
respondit: magis id accipi, ex vsu esse.

90. *Idem* libro 26. Digestorum.

Filius, qui administrabat vt heres paterna bona,
pecuniam ex his Sempronio mutuum dedit, &
eandem particulam recepit, deinde se abstulit,
quia minor annis erat, ab ea hereditate, quæritur
est, curator honorum patris constitutus an aduersus
Sempronium vtilem actionem habeat. respondit, ni-
hil proponi, cur non is, qui soluit id, quod mu-
tuum ita accepit, liberatus sit.

91. *Labo* libro 6. Pithanon à Paulo
Epitomatorum.

Si debitor tuus non vult à te liberari, & præfens
est nõ potest inuitus à te solui. *Papianus*: Immo de-
bitorem tuum etiam presentem, etiam inditum li-
berare ita poteris, supponendo, à quo debitum no-
uadi causa stipuleris, quod etiam si acceptum non fe-
ceris: tamen statim, quod ad te atinet, res peribit.
nam & presentem te, doli mali præscriptio excludet.

92. *Pomponius* libro 9. Epistularum.

Si mihi alienum seruum dari promiseris, aut te-
stamento dare iussus fueris, sique seruus, antequam
per te non stare, quo minus dares, à domino ma-
numissus sit: hæc manumissio morti similis sit, si au-
tem decessisset, non tenearis. 1. Sed & si quis
seruum, quem dari promissit, heres à domino scri-
ptus statuliberum dederit, liberatur.

93. *Scaevola* libro singulari Quæstionum
publicè tractatarum.

Si duo rei sint stipulandi, & alter alterum heredem
scripsit: videndum, an confundatur obligatio. pla-
cet, non confundi, quod bonum est hoc dicere: quod
si intendat dari sibi oportere: vel ideo dari oportet
ipsum, quod heres exitit: vel ideo, quod proprio nomi-
ne ei deberetur à quin magna est huius rei differ-
entia. si alter ex reis pacti conuenti temporali exceptio-

ne summoueri poterit: intererit, is, qui heres exitit,
vtrumne suo nomine, an hereditario experiat: vt
ita possit animaduertere, exceptioni locus sit, necne.

1. Item si duo rei sint promittendi, & alter
alterum heredem scripsit: confunditur obligatio.

2. Sed & si reus heredem fideiussore scripserit,
(non) confunditur obligatio. & quasi generale quid
resoluidum est: vt, vbi ei obligationi, quæ sequellæ
locum optinet, principalis accedit, confusa sit obli-
gatio: quoniam duæ sint principales, altera alteri po-
tius adicitur ad actionem, quam confusionem pare-
re. 3. Quid ergo, si fideiussor reum heredem
scripserit? confundetur obligatio secundum Sabini
sententiam, licet Proculus dissentiat.

94. *Papianus* libro 8. Quæstionum.

Si is, cui nummos debitor soluit alienos, nummis
integris pergat petere, quod sibi debeatur, nec of-
ferat, quod accipit: exceptione doli summouebitur.

1. Sin autem communes nummos credam,
aut solutam: confestim pro parte mea nascetur & ac-
tio, & liberatio: siue in singulis nummis commu-
nionem pro indiuiso quis esse intellegat: siue in pec-
unia non corpora cogitet, sed quantitatem.

2. Sed & si fideiussor alienos nummos in cau-
sam fideiussionis dedit: consumptis his, mandati ag-
ere potest. & ideo si eam pecuniam soluat quam
subripuerat: mandati agat, postquam fur, vel ex cau-
sa conditionis præterit.

3. *Favus Iannarius Papiniano salutem.* Cum
Titius Gato Seio deberet ex causa fideicommissi cer-
tam quantitatem, & tantundem eidem ex alia cau-
sa, quæ peti quidem non poterat, ex solutione autem
petitione nõ præstat: Titij seruus actor absente domi-
no soluit eam summam, quæ esset ad quantitatem
vnius debiti, cautumque est ei, solutum ex vniuerso
credito, quæro, id, quod solutum est, in quam cau-
sam acceptum videatur. respondit: Si quidem Titio
Seius ita caussisset, vt sibi solutum ex vniuerso credi-
to significaret, crediti appellatio solam fideicommissi
pecuniam demonstrare videatur: non eam, quæ pe-
tionem quidem non habet, solutione autem facta re-
peti pecunia non potest. cum vero seruus Titij actor,
absente domino pecuniam soluerit: ne dominium
quidem nummorum in eam speciem obligationis,
quæ habuit auxilium exceptionis, transfatum foret,
si ex ea causa solutio facta proponeretur: quia non
est vero simile, dominum ad eam speciem solu-
endis pecuniis seruum præposuisse, quæ solui non de-
buerunt. non magis quam vt nummos peculiare ex
causa fideiussionis, quam seruus non ex utilitate pec-
culij suscepit, solueret.

95. *Idem* libro vicesimo octavo
Quæstionum.

Stichum aut Pamphilum, vtrum ego velim, dare
stipendes? altero mortuo, qui viuit, solus petetur
nisi si mora facta sit in eo mortuo, quem petitor e-
legit. tunc enim perinde solus ille, qui decessit, præ-
betur, ac si solus in obligationem deductus fuisset.

1. Quod si promissoris fuerit electio: defuncto
altero, qui superest, æque peti poterit. Enimvero si
facto debitoris alter sit mortuus, cum debitoris esset
electio: quamuis interim non alius peti possit, quam
qui solui etiam potest: neque defuncti offerri æsti-
matio potest si forte longè fuit vilior, quoniam id
pro petitore in pænam promissoris constitutum est:
tamen si & alter seruus postea sine culpa debitoris
moriatur, nullo modo ex stipulati agi poterit. cum
illo in tempore, quo moriebatur non commiserit
stipulationem. Sanè quoniam impunita non debent
esse admilla, doli actio non immerito desiderabitur:
aliter quam, in persona fideiussoris, qui promissum
hominem interfecit: quia tenetur ex stipulatu

actione fideiussor, quemadmodum tenebatur, si debitor sine herede decessisset.

Aditio hereditatis nonnumquam iure confundit obligationem: veluti si creditor debitoris, vel contra debitor creditoris adierit hereditatem. aliquando pro solutione crediti si forte creditor, qui pupillo sine tutoris auctoritate nummos crediderat, heres ei exitit. non enim quanto locupletior pupillus factus est, consequetur; sed in solidum, creditum suum ex hereditate retinet. aliquando euenit, ut inanis obligatio aditione hereditatis confirmetur. nam si heres, qui restituerit ex Trebelliano hereditatem, fideicommissario heres exstiterit, vel mulier, quae pro Titio intercesserat, eidem heres exstiterit: incipit obligatio civilis propter hereditatem eius, qui iure tenebatur, auxilium exceptionis amittere. euenim inconditum est, subuenire sexui mulieris, quae suo nomine pereclitetur.

Quod vOlgo iactatur, fideiussorem, qui debitori heres exstiterit, ex causa fideiussionis liberari: totiens verum est, quotiens rei plenior promittendi obligatio inuenitur. nam si reus dum axat fuit obligatus, fideiussor liberabitur. e contrario non potest dici, non tolli fideiussoris obligationem, si debitor propriam & personalem habuit defensionem. nam si minoris viginti quinque annis bonae fidei pecuniam credidit, isque numos acceptos perdidit, & intra tempora in integrum restitutionis decessit herede fideiussore: difficile est dicere, causam iuris honorarij, quae potuit auxilio minori esse, retinere fideiussori obligationem, quae principalis fuit, & cui fideiussoris accessit sine contemplatione iuris priorij. auxilium igitur restitutionis fideiussori, qui adulescenti heres exstiterit, intra constitutum tempus saluum erit.

Naturalis obligatio, ut pecuniae numeratione, ita iusto pacto, vel iureiurando, ipso iure tollitur: quod vinculum aequitatis, quo solo sustinetur, conventionis aequitate dissoluitur. ideoque fideiussor, quem pupillus dedit, ex istis causis liberari dicitur.

16. Illud verum est, si potest alius heres ad suam pervenire, non esse honorariam hanc actionem tribuendam in id, quod interfuit & condemnatio fiat. 17. Præter hæc actionem, esse & vindicatio- nem rei, constat, cum hæc actio ad similitudinem futuri competit. 18. Item heredi ceterisque suc- cessoribus competeat istam actionem, ad edum est. 19. Si plures serui libertatem acceperunt, & dolo malo quid admiserint: singuli conveniantur in solidum, hoc est in duplum: & cum ex dicto conveniantur, exemplo futuri, nullus eorum libe- retur, etsi vnus convenius præstititit.

2. Idem libro 13. ad Edictum Provinciale.

Si paulo ante, quam statui libertas optigerit, a- mouerit aliquod seruum, aut corruerit: ignoran- tia domini non inducit hanc actionem, idcircoque licet maxime ignoravit heres à statulibero: aut quilibet alius dominus, à seruo suo amotum ali- quid, corruptumve esse non impedit post liberta- tem eius vllam actionem: quibus in pluribus aliis causis iusta ignorantia excusatio non mereatur. 1. Vlpianus libro 13. ad Edictum.

Labeo putavit, sub conditione manumissum res amouentem, si cito condicio extitit, hac actio- ne conveniendum.

FVRTI ADVERSVS NAVIAS CAUPONES, TABULARIOS, TIT. V.

Vlpianus libro 30 ad Edictum.

In eorum qui naves, caupones, stabula expræbunt: si quid à quoquo eorum, quoque ibi habebunt, fur- tum factum esse dicitur: iudicium datur: siue fur- tum opes, consilio exercitoris factum: siue locum eorum cuius, qui in ea navi nauigandi causa esset.

1. Nauigandi autem causa accipere debemus eos, qui adhibentur, ut naves nauigent, hoc est nau- ras. 2. Et est in duplum actio. 3. Cum enim in caupona, vel in navi res periret: ex eadè præto- ris obligatur exercitor, nauti, vel caupo. Ita vt in potestate sit eius, cui res subrepta sit, vtrum mallet eum exercitore honorario iure, an cum fure iure civili experiri. 4. Quod si receperit saluum fore caupo, vel nauta: furti actionem non dominus rei subreptæ, sed ipse habet, qui recipiendo periculum aufert: noxæ dedit, se liberat, cur ergo non exer- citor condemnetur, qui seruum tam malum in na- ue admittit, & cur liberi quidem hominis nomine tenetur in solidum: serui vero non tenentur nisi for- te idcirco: quod liberum quidem hominem adhi- bens, statuere debuit, de eo, qualis esset: in seruo vero suo ignoscendum sit ei, quasi in domestico ma- lo, si noxæ dedit paratus sit, si autem alienum ad- hibuit seruum, quasi in libero tenebitur. 6. Cau- po præstat factum eorum, qui in ea caupona eius caupona exercenda causa ibi sunt: item eorum, qui habitandi causa ibi sunt. viatorum autem fa- ctum non præstat, namque viatorem ibi eligere caupo, vel tabularius non videtur, nec repellere potest iter agentes, inhabitatores vero perpetuos ipsos quodammodo elegit, qui non reiecit: quorum factum oportet eum præstare. In navi quoque ve- torum factum non præstat.

SI FAMILIA FVRTVM FECIS- SE DICTUR, TIT. VI.

Vlpianus libro 38. ad Edictum.

Vtilissimum est edictum prætor proposuit, quo dominis prospiceret adversus maleficia seruo- rum: videlicet, ne, cum plures futuri admittunt, euer- tant domini patrimonium, si omnes dederit, aut pro singulis ætimationem, litis offerre cogatur. Datur igitur arbitrium hoc edictor, si quidem velit di- cere noxios seruos, possit omnes dederit, qui parti- cipaverunt furtum, enimvero si maluerit ætima- tionem offerre: tantum offerat, quantum si vnus li- ber furtum fecisset, & retineat familiam suam.

1. Hæc autem facultas domino tribuitur toties, quotiens ignorante eo furtum factum est, ceterum si sciens, facultas ei non erit data. Nam & suo no- mine, & singulorum nomine conveniri potest na- xali iudicio, nec vna ætimatione, quam homo li- ber subiret, delictum poterit, & autem accipitur

scire, qui scit, & potuit prohibere, scientiam enim spectare debemus, quæ habet & voluntatem, ceterum si scit, prohibuit tamen: dicendum est, vltimum edi- cti beneficio. 2. Si plures serui damnium culpa dederint: quissimum est, eandem facultatem domi- no dari. 3. Cum plures serui eiusdem rei futuri faciunt, & vnus nomine cum domino lis contesta- ta sit: tamdiu aliorum nomine actio sustineri debe- bit, quamdiu priore iudicio potest actor consequi, quantum consequetur, si liber id furtum fecisset.

2. Idem libro 23. Digestorum. Id est & potest nomine duplum, & conditionis simplicium.

3. Vlpianus libro 38. ad Edictum.

Quotiens tantum præstat dominus, quantum præ- staretur, si vnus liber fecisset: cessat ceterorum nomine actio, non tantum adversus ipsum, verum etiam adversus emptorem dumtaxat: si forte quis eorum qui simul fecerant, venierint. Idemque & si fuerit manumissus. Quod si prius fuerit ablatum à manumisso: tunc dabitur adversus dominum fami- liz nomine, nec enim potest dici, quod à manumisso præstitum est, quasi à familia esse præstitum, Plæ- nã si emptor præstitit: puto, denegandam in ven- ditore actionem, quodam modo enim hoc à ven- ditore præstitum est, at quæ non nunquam regressus est ex hac causa: maxime si furii, noxæque solus esse promissus. 3. Sed an, si legati serui no- mine, vel eius, qui donatus est, actum sit cum lega- tario, vel eo, cui donatus est, agi possit, etiam cum domino ceterorum, quaritur, quod admittendum puto. 2. Huius edicti leuamentum non tantum ei, qui seruos possidens condemnatus præstitit tantum quantum si vnus liber fecisset, datur, verum et quo- que, qui idcirco condemnatus est, quia dolo fecer- rat, quo minus possideat.

4. Idem libro 23. Digestorum.

Etiam heredibus eius, cui plures eiusdem fami- liz furtum fecerint, eadem actio competere de- bet, quæ testatori competeat: id est, ut omnes non amplius consequantur, quam consequerentur, si id furtum liber fecisset.

5. Scævola libro 8. Digestorum.

Familia communis, sciente altero, furtum fecit omnium nomine cum eo, qui scit, furii agi pote- rit: cum altero, ad eum modum qui edicto compri- henus est, quod ille præstitit non totius familie nomine, ab hoc socio partem consequetur. Et si seruus communis, alterius iussu, dampnum dederit: etiam quod præstitit alter, si modo cum eo quo- que ex lege Aquilia, vel ex duodecim tabulis agi potest, repetat à socio, sicut cum communi rei no- xium est. Si ergo dumtaxat duos habuerim seruos communes: cum eo, quo non ignorante factum est, agatur: vtriusque serui nomine, sed non amplius consequetur à socio quam si vnus nomine præsti- tisset, quod si cum eo, quo ignorante factum est, agere velit: duplum tantum consequetur, & videat- ur: an iam in socium, alterius serui nomine, non sit dandum iudicium: quemadmodum si omnium nomine socius decidisset, nisi forte hoc calu sepe- rius à prætoře constituendum est, nec seruorum soci- scio parcendum est.

6. Scævola libro quarto Quæ- stionum.

Labeo putat: si coheres meus, quod furtum fa- milia cuius fecisset, duplum abstulisset: me non impediri, quo minus dupli agam: eoque modo fraudem edicto fieri: esseque iniqum, plus heredes nostros ferre, quam se feremus ipsi. Idem si defunctus minus duplo abstulit, adhuc singulos heredes rectè experiri, Scævola respondit, verius puto, partes eius heredes persecuturos, sed cum eo, quod defunctus abstulit, uterque heres non plus du- plo ferat.

ARBORVM FVRTIM CASARVM

TIT. VII.

Paulus libro 9. ad Sabinum.

Si furtim arbores caesa sint: & ex lege Aquilia, & ex duodecim tabularum danda actionem, Labeo ait. sed Trebatius, ita vramque dandam, ut iudex in posteriore deducat id, quod ex prima consecutus sit, & reliquo condempnet.

Sciendum est autem, eos, qui arbores & maximè vitès exciderint, etiam tanquam latrones puniri.

Item arboris appellatione contineri plerique veterum existimauerunt. 1. Ederæ quoque, & harundinès, arbores non male dicuntur.

Idem de saliceto dicendum est. 3. Sed si quis saligneas vitigas, insititendi salici causa defixerit: hæc, antequam radices coegerint, succidatur, aut euellantur: recte Pomponius scripsit, non posse agi de arboribus succis, cum nulla arbor propriè dicatur, quæ radicem non conceperit.

Quod si quis ex seminario, id est stirpibus arborum transtulerit: etiam, quamuis nondum comprehenderit terram, arborum tamen videri, Pomponius libro nono decimo ad Sabinum probat.

Ideo ea quoque arbor esse videtur, cuius radices desinent viuere: quamuis adhuc terra contineatur: quam sententiam Labeo quoque probat.

Labeo etiam eam arborum recte dici putat, quæ subiecta à radicibus, etiam nunc reponi potest: aut quæ ita translata est, ut poni possit.

Stirpes oleæ, arbores esse magis est: siue iam egerunt radices, siue nondum. 8. Omnium igitur harum arborum, quas enumerauimus, nomine agi poterit.

Erte non dubitatur: si adhuc adea tenerum sit, ut herbæ loco sit: non debere arboris numero haberi.

Aedere est, non solum succidere, sed etiam ferire cadendi causa, quod est de glabrare. subsecare est subsecare, non enim poterat accidisse in tellegi, qui terra fecisset. 1. Eius actionis eadem causa est, quæ est legis Aquiliæ.

Is, cuius usufructus est in fundo, hanc actionem non habet. 3. Qui autem fundum vengigalem habet, hanc actionem habet: sicut aquæ pluuiz accendit actionem, & finium regundorū.

Pomponius libro 20. ad Sabinum.

Plures eandem arborum furtim exciderint, cum singulis in solidum agitur.

At si eadem arbor plurius fuerit, vniuersis dumtaxat vnas, & semel poena præstabitur.

Si arbor in vicini fundum radices porrexit: recidere eam vicino non licet: agere autem licet, non esse eius, sicuti tignum aut protecum, immixtum habere. Si radicibus vicini arbor alterutramen eius est, in cuius fundo origo eius fuerit.

Paulus libro 38. ad Edictum.

Vetim caesa arbores videntur, quæ ignoratè domino, celandique eius causa caduntur.

Nec esse hanc furti actionem, scribit Peditius: cum & sine furto fieri possit, ut quis arbores furtim cadat. 2. Si quis radicibus arborum euellat, vel excerpauerit: hanc actionem non tenetur: neque enim vel excidit, vel succidit, vel subsecuit: Aquilia tamen tenetur, quasi ruperit. 3. Etiam si non tota arbor caesa sit: recte tamen agitur, quasi caesa. 4. Siue autem quis suis manibus: siue qui imperat seruo, arbores eius, subsecarit, caedit: hanc actionem tenetur. Idem, & si libero imperet.

Quod si seruo suo non præceperit dominus, sed ipse sua voluntate id admisit: Sabinus ait, id

petere noxale, ut in ceteris maleficiis, quæ sententia vera est. 6. Hæc actio, etiam si poenalis sit perpetua, est. sed aduersus heredem non datur. hereditate ceterisque successoribus dabitur.

Condemnatio autem eius duplum continet. 7. Paulus libro 39. ad Edictum.

Sciendum est, quædam domini interesse non ladi ipsamque arborum pretium deduci oportere: & eius, quod superest, fieri actionem.

Furtim arborum: & id, qui clam caedit. 2. Igitur & exciderit, & lucri faciendi causa contrastruere: etiam furti tenetur lignorum causa, & conditione, & ad exhibendum.

Qui per vim, sciente domino, caedit: non incidit in hanc actionem.

Paulus libro 12. ad Edictum Prouinciale.

Colonus sit, qui exciderit arbores: etiam ex locato cum eo agi potest. planè vna actione contentus esse debet actor.

Iulianus libro 3. ex Minicio.

Si gemina arbor esset, & supra terram iunctura eius emineret: vna arbor videtur esse. sed si id, quæ iungitur, non extaret: totidem arbores sunt, quot species earum supra terram essent.

Paulus libro 22. ad Edictum.

Si de arboribus caesis ex lege Aquilia actio sit: interdico quod vi aut clam reddito, aboleretur, si satis prima condempnatione grauauerit remanente nihilominus actione ex lege duodecim tabularum.

Iulianus libro 15. ex Cassio.

Agri vendidit, nihilominus furtim arborum casarum agere potest.

VI BONORVM RAPTORVM ET DE TURBA

TIT. VIII.

Paulus libro 22. ad Edictum.

Rem rapuit, & furti nec manifesti tenetur in duplum, & vi bonorum raptorum in quadruplum: sed si ante actum sit vi bonorum raptorum, deneganda est furti. si ante furti actum est, non est illa deneganda: vi tamen id, quod amplius in ea est, consequntur.

Ulpianus libro 55. ad Edictum.

Raptor ait: si eius dolo malo, hominibus coactis, danti quid factum esse dicitur: sine cuius bona rapta esse dicuntur: in eam, qui id fecit, iudicium dabo. Item si seruis fecisse dicitur, in dominum iudicium noxale dabo.

Hoc edicto contra ea, quæ vi committuntur, consulit prætor, nam si quis se vim passum docere possit, publico iudicio de vi potest experiri, neque debet publico iudicio priuata actione præiudicari: quidam putant, sed vitiosum est: quamuis præiudicium legi Iuliz de vi priuata hæc, nihilominus tamen non esse denegandam actionem eligentibus priuatam persequutionem. 2. Dolo autem malo facere potest, quod edictum ait, non tantum is, qui rapit: sed & qui, præcedente consilio, ad hoc ipsum homines colligit armatos, ut damnum det, bonamve rapiat. 3. Sene igitur ipse quis cogat homines, siue ab alio, poactis vitur ad rapiendum: dolo malo facere videtur. 4. Homines coactos accipere debemus, ad hoc coactos, ut damnum daretur.

Neque additur, quales homines, qualescumque, siue seruos, siue seruos. 5. Sed & si vnus homo coactus sit: adhuc dicemus, homines coactos.

Item si proponas, solum damnum dedisse: non puto deficere verba. hæc enim, quod ait, Homines de coactis: siue solus vim fecerit, siue etiam hominibus coactis, sic accipere debemus, etiam hominibus coactis vel armatis, vel inermibus, hoc edicto tenetur. 8. Doli mali mentio hic & vim in se habet, nam qui vim facit, dolo malo facit: non tamen dolo malo facit, & vim in se

facit. ita dolo habet in se & vim, & sine vi si quid callide admissum est, æque continetur.

Damni prætor inquit, omnia ergo damna continet, & clandestina. sed non puto clandestina, sed ea, quæ violentia permixta sunt: etiam quis rectè delinens, si quid hominibus coactis, etiam si sine vi, dummodo dolo sit admissum, ad hoc edictum spectare.

Ceterum neque furti actio, neque legis Aquiliæ, continetur in hoc edicto: licet interdum communes sint cum hoc edicto, nam Iulianus scribit, eum, qui vi rapit, furem esse improuiorem, & si quid damni coactis hominibus dederit, vique etiam Aquilia poterit teneri.

Uel cuius bona rapta esse dicuntur, quod ait prætor bona rapta, sic accipimus, etiam si vna res ex bonis rapta sit.

Si quis non homines ipse coegerit, sed inter coactos ipse fuerit: & quid aut rapuerit, aut damni dederit: hac actione tenetur. sed vtrum hoc solum contineat edictum, quod dolo malo hominibus a reo coactis datum sit, vel raptum, vel datum sit, licet ab alio homines sint coacti, queritur. & melius esse dicitur, etiam hoc contineri. ut omnia hæc continentur, & quod ex coactis ab alio datum sit, vi & is, qui cogit, & si qui coactus est, contineri videtur. 13. In hac actione, intra annum vtilem, verum pretium rei quadruplatur, non etiam quod interest.

Hæc actio etiam familiaris nomine competit: non imposita necessitate ostendendi, qui sunt ex familia homines, qui rapuerunt, vel etiam damnum dederunt. Familiaris autem appellatio seruos continet: hoc est eos, qui in ministerio sunt, etiam si liberi esse proponantur, vel alieni bona fide nobis seruientes.

Hac actione non puto posse actorem, singulorum seruorum nomine, agere aduersus dominum eorum: quia sufficit, dominum semel quadruplum offerre. 16. Ex hac actione noxæ deditio non totius familiaris, sed eorum tantum, vel eius, qui dolo fecisse competitur, fieri debet.

Hæc actio vobis tibi Bonorum raptorum dicitur. 18. Hac actione is demum tenetur, qui dolum malum adhibuit. Si quis igitur suam rem rapuit: vi quidem bonorum raptorum non tenetur: sed aliter multa vitur. Sed & si quis fugituum suum, quem bona fide aliquis possidebat, rapuit: æque hac actione non tenetur: quia rem suam auferit. Quid ergo, si sibi obligatam debebit teneri.

Vi bonorum raptorum actio in impubere, qui doli mali capax non est, non dabitur: nisi seruis ipsius, vel familia eius admisisse proponantur, & serui, & familiaris nomine, noxali vi bonorum raptorum actio tenetur.

Si publicanus pecus meum abduxerit, dum putat contra legem vengigalis aliquid à me factum: quamuis errauerit: agi tamen eum eo vi bonorum raptorum non posse, Labeo ait. sanè dolo caret, si tamen ideo inclusit, ne pascatur, & vt fame periret: etiam vituli lege Aquilia.

Si per vim abductum pecus incluserit quis, vitique vi bonorum raptorum conueniri poterit.

In hac actione non vitique spectamus, rem in bonis actoris esse, siue in bonis sit, siue non sit: si tamen ex bonis sit: locum hæc actio habebit, quare siue commodata res sit, siue locata, siue etiam pignerata proponatur, siue deposita apud me, siue in interstiti meo, eam non auferri: siue bona fide à me possideatur, siue usufructum in ea habeam, vel quod aliud ius, ut interstiti meo non rapi: dicendum est, competere mihi hanc actionem: non dominum accipiamus: sed illud solum ex bonis meis, hoc est ex substantia mea, res ablata esse proponatur.

Et generaliter dicendum est, ex quibus causis furti mihi actio competit: re clam facta, ex hisdem causis habere me hanc actionem. Dicit aliquis, ad

quin ob rem depositam furti actionem non habemus, sed ideo addidi, si interstiti nostra non esse rapta, nam & furti actionem habeo.

Si in re deposita culpam quoque reponimus, vel pretium depositionis non quasi incedem accipi: vilius dicendum est, esse cesset actio furti ob rem depositam, esse tamen vi bonorum raptorum actionem: quia non minima differentia est inter eum, qui clam facit, & eum, qui rapit: cum ille ceteri sui delictum, hic publicet, & crimen etiam publicum admittat. Si quis igitur interesse sua vel modicè docebit, debet habere vi bonorum raptorum actionem.

Si fugitiuus meus quasdam res, instruendi sui causa, emerit: & que rapta sunt in bonis meis hæc sunt respectum de his vi bonorum raptorum actionem agere.

Rerum raptorum nomine, etiam furti, vel damni iniuriæ, vel conditione agi potest: vel certæ singulæ res vindicari possunt.

Hæc actio heredi, ceterisque successoribus dabitur. Aduersus heredem autem vel ceteros successores non dabitur: quia poenalis actio in eos non datur. Ad tamen in id quod locupletiores facti sunt, dari debet, videamus, & ego puto, ideo prætor non esse pollicitum in heredes in id, quod ad eos peruenit: quia putauit sufficere conditionem.

Paulus libro 54. ad Edictum.

Si seruis rapuerit, & cum libero agatur: etiam si eum domino experiundi potestas fuit, non rectè cum manu suo post annum agatur, quia cum quocunque experiundi potestas fuerit, excluditur actor, & si cum domino intra annum actum sit: deinde cum manu suo agatur: rei iudicatur exceptionem nocere, Labeo ait.

Ulpianus libro 56. ad Edictum.

Raptor ait: Cuius dolo malo in turba damnum quid factum esse dicitur: in eius in anno, quo primò de ea re experiri potestas fuerit, in duplum: post annum, in singulum, iudicium dabo.

Hoc edictum de eo damno proponitur, quod quis in turba dedit.

Turbam autem appellatam Labeo ait ex genere vultus: idque verbum ex Græco tractum, & a τὸ δαπέδον, id est tumultuando.

Turbam autem ex quo numero admittimus? Si duo rixam commiserint, vitique non accipiuntur in turba id factum: quia duo turba non proprie dicuntur. Enimvero si plures fuerint: decem aut quindecim homines: turba dicitur. Quid ergo si tres, aut quattuor? turba vitique non erit. Et rectissime Labeo inter turbam & rixam multum interesse ait, namque turbam, multitudinis hominum esse turbationem & cæcum: rixam etiam duorum. 4. Hoc autem edicto tenetur non solus, qui damnum in turba dedit: sed & is, qui dolo malo fecerit, ut in turba damnum quid daretur: siue illò venerit, siue non fuerit præseos, dolo enim malus etiam absens esse potest.

Hoc edicto dicendum est etiam cum teneri, qui venit, & in turba fuit actor damni dandi: si tamen & ipse inter turbam fuit, cum damnum daretur, & dolo malo fuit. nam & huius dolo malo in turba damnum quid factum esse, negari non potest.

Si quis aduentu suo turbam concitabit vel contraxit, vel clamore, vel facto aliquo, vel dum criminatur aliquem, vel dum misericordiam prouocat: si dolo malo eius damnum datum sit, etiam si non habuit consilium turbæ cogendæ: tenetur. verum est enim, dolo malo eius in turba damnum quid datum, neque enim, exigit prætor, ut ab ipso sit turba conuocata: sed hoc, ut dolo aliquid in turba damnum datum sit. Eruntque hæc differentia inter hoc edictum & superius, quod id de eo damno prætor loquitur, quod dolo malo hominibus coactis datum est, vel raptum.

non coactis hominibus: ac hic de eo damno, quod dolo malo in turba datum est, etiam si non ipse turbam cogit, sed ad clamorem eius vel dicta, vel misericordiam, turba contracta est: vel si alius contraxit, vel ipse ex turba fuit.

7 Idcirco illud quidem edictum, propter atrocitatem facti, quadrupli poenam comminatur; ac hoc dupli. 8 Sed & hoc & illud intra annum tribuit experiundi facultatem: post annum in simplum committitur. 9 Loquitur autem hoc edictum de damno dato, & de amisso, de rapto non: sed superiori edicto; vi bonorum raptorum agi poterit.

10 Amissa autem dicuntur ea, quae corrupta alicui relinquuntur, scilicet fortis, vel fracta.

11 Hec autem actio in factum est, & datur in duplum, quanti ea res erit, quod ad pretium verum rei referatur, & praesentis temporis sit estimatio, & semper in duplum intra annum est.

12 Doceretur actor, in turba damnum esse datum, debet, ceterum si alibi datum sit, quam in turba: cessabit haec actio.

13 Si cum seruum meum Titius pulsaret, turba fuerit collecta: sique seruus in ea turba aliquid perdidit: cum eo, qui pulsabat, agere possum, quippe cum in turba dolo malo damnum datum sit. sic tamen, si verum damnum daret, ideo coepit exdere. ceterum si alia causa veritatis fuit, cessat actio.

14 Sed & si quis ipse turbam convocasset, vi turba cordam seruum veritatis iniuriam faciendae causa, non damni dandi consilio: locum habet edictum, verum est enim, eum, qui per iniuriam verberat, dolo facere, eum, qui causam praebet damni dandi, damnum dedisse. 15 In seruum autem, & in familiam praetor dat actionem.

16 Quae de hereditibus ceterisque successoribus in vi bonorum raptorum actio diximus, & hic erunt repetita.

5. Gaius libro 21. ad Edictum Praevidentiale.

Non prodest ei, qui vi rapuit, ad evitandam poenam, si ante iudicium restituat rem, quam rapuit.

6. Ulpianus libro 17. Stipulationum.

Quod vi possessum rapuit, si ante iudicium in possessione domini hereditis eius peruenit, vsu capite lex vetat.

DE INCENDIO RVINA, NAVFRAGIO, RATE, NAUE EXPVGNATA, Tit. IX.

Ulpianus libro 56. ad Edictum.

Prætor ait: In eum, qui ex incendio, ruina, naufragio, rate, naue expugnata, quid rapuit, recipit dolo malo, damnum quod in his rebus dedisse dicitur: in quadruplum in anno, quo primum de eare experiundi potestas fuit: post annum, in simplum, iudicium dabo, item in seruum, & in familiam iudicium dabo.

1 Huius edicti viuas evidens, & iustissima severitas est. siquidem publice interest, nihil rapi ex huiusmodi casibus. Et quanquam sint de his facinoribus etiam criminum executiones: tamen recte praetor fecit, qui forensis quoque actiones criminibus iuris praeposuit.

2 Ex incendio quemadmodum accipimus: virum ex ipso igne, an vero ex eo loco, ubi incendium fuit, & melius sic accipietur, propter incendium, hoc est, propter tumultum incendij, vel trepidationem incendij, rapit. quemadmodum solemus dicere, in bello amissum, quod propter causam belli amittitur. Proinde si ex adiacentibus praediis, ubi incendium fiebat, raptum quid iudicandum sit, edicto locum esse: quia verum est, ex incendio rapi.

3 Item ruinae appellatio refertur ad id tempus, quo ruina fit: non tantum si ex his, quae ruentis, tulerit, quis sed etiam si ex adiacentibus. 4 Si suspicio fuit incendij, vel ruinae, incendium vel ruina non

fuit: videamus, an hoc edictum locum habeat, & magis est, ne habeat: quia neque ex incendio, neque ex ruina quid raptum est. 5 Item ait praetor, si quid ex naufragio. hic illud quaeritur: virum si quis eo tempore tulerit, quo naufragium fit, an vero & si alio tempore, hoc est, post naufragiumque. nam res ex naufragio etiam haec dicuntur, quae in litore post naufragium iacent, & magis est, vi de eo tempore.

2. Gaius libro 21. ad Edictum Praevidentiale.

Et loco,

3. Ulpianus libro quinquagesimo sexto ad Edictum.

Quo naufragium fit, vel factum est, si quis rapuit: incidit in hoc edictum videtur, qui autem rem in litore iacentem, postquam naufragium factum est, abstulit: in ea conditione est, ut magis sit, quam hoc edicto teneatur, quemadmodum is, qui quod de vehiculo excidit, tulit, nec rapere videtur, qui in litore iacentem tollit.

1 Deinde ait praetor, oratio, non expugnata. expugnata, videtur; qui in ipso quasi proelio & pugna aduerfus nauem, & ratem, aliquid rapit: siue expugnet, siue praedonibus expugnatus sit.

2 Labeo scribit, quomodo fuisse: vi de domo, siue in villa expugnatis aliquid rapitur: huius edicto locus fit. nec enim minus in mari, quam in villa, per latrunculos inquietamur, vel infestari possumus.

3 Non tantum autem qui rapuit, verum is quoque, qui recepit, ex causis supra scriptis tenetur: quia receptores non minus delinquent, quam adgressores. Sed enim additum est dolo malo: quia non omnis, qui recipit, statim etiam delinquit: si qui dolo malo recipit, quid enim si ignarus recipit? aut quid, si hoc recipit, ut custodiret, saluaque faceret ei, qui amiserat? utique non debet teneri.

4 Non solum autem qui rapuit, sed & qui abstulit, vel amovit, vel damnum dedit, vel recepit, hac actione tenetur.

5 Aliud esse autem rapti, aliud amoveri, palam est: siquidem amoveri aliquid etiam sine vi possit: rapti autem sine vi non potest.

6 Qui eiecit naue quid rapuit, hoc edicto tenetur. eiecit hoc est, quod Graeci aiunt & ἐξέπεσαν.

7 Quod ait praetor de damno dato, ita demum locum habet, si dolo malo damnum datum sit, nam, si dolo malo abisti, cessat edictum. Quemadmodum ergo procedit, quod Labeo scribit: si descendenti mei causa, & vicini adiacentem orto incendio dissipturim: & meo nomine, & familiae, iudicium in me dandum? cum enim defendendarum mearum adium causa fecerim, utique dolo careo, puto igitur, non esse verum, quod Labeo scribit. An tamen lege Aquilia agi cum hoc possit? & non puto agendum. nec enim iniuria hoc fecit, qui se tueri voluit, cum aliis non possit. & ita Celsus scribit. 8 Senatuseonsultum Claudianis temporibus factum est: vi si quis ex naufragio clausus, vel vauum ex his abstulerit; omnium rerum nomine teneatur. Item alio senatuseonsultum cauetur, eos, quorum fraude, aut consilio naufragi suppressi per vim fuissent, ne naui vel is periclitantibus opulentur, legis Corneliae, quae de sicariis lata est, poenis adficiendos, eos autem, qui quid ex miserissima naufragiorum fortuna rapuerint, lucrative fuissent: dolo malo; in quantum edicto praetoris actio daretur, tantum & a se dare debere.

4. Paulus libro 54. ad Edictum.

Prætor, posse etiam dici ex naufragio rapere, qui dum naufragium fiat, in illa trepidatione rapit.

1 Dicitur Antonianus de his, qui praedam ex naufragio diripiunt, ita rescriptit: Quod de naufragio naui & ratis scripsisti, mihi: eo pertinet, ut exploret, quia poena adficiendos eos putem, qui diripiunt aliquid ex illo praedam, & facile

& facile (v. opinio) constitui potest. nam plurimum interest, peritura collegerint, an quae seruari possint, flagitiose inuaserint, ideoque si grauior praeda vi adpetra videbitur: liberos quidem sustibus caesos in publica re legabimus: aut, si fordiores erant, in opus triennium eiuudem temporis dabis: seruos flagellis caesos, in metallum damnabis: si non magna pecunia res fuerint, liberos sustibus, seruos flagellis caesos, dimittere poteris. & omnino, ut in ceteris, ita huiusmodi causis, experientiarum condicione, & rerum qualitate, diligenter sit estimanda, ne quid aut durius aut remissius constituat, quam causa postulat. 2 Hae actiones hereditibus dantur, in heredes eorum danda sunt, quatenus d. eos peruenit.

5. Gaius libro 21. ad Edictum Praevidentiale.

Si quis ex naufragio, vel ex incendio, ruinae seruata rem, & alio loco positam, subtraxerit, aut rapuerit: facti scilicet, aut alias vi bonorum raptorum iudicio tenetur, maxime si non intellegebat, ex naufragio, vel incendio, ruinae eam esse, iacentem quoque rem ex naufragio, quae sustibus expulsa sit, si quis abstulerit: vterque idem putant, quod ita verum est, si aliquid tempus post naufragium intercesserit: aliquid in ipso naufragio tempore id accidit: nihil interest, verum ex ipso mari quisque rapiat, an ex naufragio, an ex litore. De eo quoque quod ex rate, naue expugnata raptum sit, eandem interpretationem adhibere debemus.

6. Celsus libro 1. Edicti Praetoris.

Expugnatur naui, cum spoliatur, aut mergitur, aut dissoluitur, aut percontatur, aut funes eius praedantur, aut vela concidantur, aut ancorae inuolantur de mare.

7. Item libro 2. Quaestionum.

Ne quis ex naufragio diripiatur, vel quis extraneus interueniat colligendis eis, multifariam profectum est. Nam & Dinius Hadrianus edicto praecipit: ut hi, qui iuxta litora maris possident se rem, si quando naui, vel infesta, vel fracta inter fines agri cuiusque fuerit, ne naufragia diripiatur in istos iudicia praesides his, qui res suas diripiunt, queruntur, redemptores, ut quidquid probauerint ademptum sibi naufragio, id a possessoribus recipiant. De his autem quos diripuisse, probatum sit, praesidem ut de latronibus grauius sententiam daret. Ut facilius sit probatio huiusmodi admissis: permittit his, & quidquid casus se huiusmodi agerunt, a lre praesides, & ad eum testari, reosque petere: & pro modo culpa vel vindictae, vel sub fideiussoribus ad praesidem remittantur. A domino quoque possessionis, in qua id admissum dicatur, satis accipit, ne cognitioni desit, praecipitur. Sed nec interuenire naufragio colligendis aut militem, aut priuatum, aut liberum seruum ve principis, placere sibi ait senatus.

9. Neratius libro 2. Responsorum.

Atis vi fluminis in agrum meum delatae, non aliter potestatem tibi faciendam, quam si de pretorio quoque damno mihi causisset.

9. Gaius libro 4. ad legem duodecim tabularum.

Qui res, acrum, uve frumenti iuxta domum positum comvulserit, vindictus, ver Veratus, igni necari iubetur: si modo sciens prudensque id commiserit. si vero casu, id est, negligentia: aut noxiam facere iubetur: aut si minus idoneus sit, lenius castigatur. Appellatione autem adium, omnes species aedificij continentur.

10. Ulpianus libro 1. Opiniorum.

Ne plicatores nocte, lumine obscuro, fallant nauigantes, quasi in portum aliquem delaturi, eoque modo in periculum naues, & qui in eis sunt, deducant, sibi que exierandam praedam parent: praesides

provinciae religiosa constantia efficiat.

11. Marcianus libro 14. Institutionum. Si fortuito incendium factum sit, venia indiget, nisi si iam lata culpa fuit, ut luxuria, aut dolo sit proxima.

17. Ulpianus libro 8. de Officio Praeconsulis.

Legere unicuique naufragium suum imponere colligere, constat. idque Imperator Antoninus cum Divo patre suo rescriptit. 1 Qui data opera in ciuitate incendium fecerint: humiliore loco sint, beluibus obici solent: si in aliquo gradu id fecerint, capite puniuntur, aut certe in insulam deportantur.

DE INIURIIS, ET FAMOSIS LIBELLIS.

TIT. X.

Ulpianus libro 56. ad Edictum.

Iniuria ex eo dicta est, quod non iure fiat, quae est animi, quod non iure sit, iniuria fieri dicitur. hoc generaliter. specialiter autem iniuria dicitur contumelia. Interdum iniuria appellatio damnum culpa datum significatur: ut in lege Aquilia dicere solemus. Interdum iniquitate, iniuriam dicimus: nam cum quis iniuste vel iniuste sententiam dixit, iniuriam ex eo dictam, quod iure & iustitia caret. quae non iniuria, contumelia autem & contumendo.

1 Iniuriam autem fieri Labeo ait, aut re, aut verbis, re, quotiens manus inferuntur, verbis autem, quotiens non manus inferuntur, conuicium fit.

2 Omnemque iniuriam aut in corpus inferri, aut ad dignitatem, aut ad infamiam perire. in corpus fit, cum quis pulsatur, ad dignitatem, cum comes matronae abducitur, ad infamiam cum pudicitia ademptatur. 3 Item aut per se mensuram alicui sit iniuria, aut per alias personas, per semet, cum dicitur ipsi cui parifamilias, vel matrifamilias sit iniuria per alias, cum per consequentiam sit, cum sit libris meis, vel seruis meis, vel uxori nuptiae, spectat, n. ad nos iniuria, quae in his sit, qui vel potestati nostrae, vel affectui subiecti sunt. 4 Et si forte cadaveri defuncti sit iniuria, cui heredes, bonorum uve possessores existimus: iniuriam nostram, nomine habemus actionem. Ceterum enim ad existimationem nostram, si qua ei fiat iniuria. Idemque, & si fama eius, cui heredes existimus, laessetur. 5 Vtique adeo autem iniuria, quae sit libris nostris, nostrum pudorem pertingit: ut etiam si volentem filium quis vendiderit, patri, suo quidem nomine competit iniuriarum actio, filij vero nomine non competit: quia nulla iniuria est, quae in volentem fiat. 6 Quotiens autem funeri testatoris, vel cadaveri sit iniuria: si quidem post aditam hereditatem fiat: dicendum est, heredi quodammodo factam, semper enim heredis interest, defuncti existimationem purgare, quotiens autem ante aditam hereditatem, magis hereditati, & sic heredi per hereditatem adquiri. Denique Iulianus scribit, si corpus testatoris ante aditam hereditatem detentum est: adquiri hereditari actiones dubium non esse. Idemque putat, & si ante aditam hereditatem seruo hereditario iniuria facta fuerit, nam per hereditatem actio heredi adquiritur.

7 Labeo scribit: si quis seruum hereditarium testamento manumissum, ante aditam hereditatem ver heruerit: iniuriarum heredem agere posse. ad si post aditam hereditatem ver Veratus fuisse scit se liberum, siue ignorat: ipsum agere posse.

8 Siue autem sciat quis, filium meum esse, vel uxorem meam, siue ignorauerit: habere me meo nomine actionem Neratius scripsit. 9 Idem ait Neratius, ex vna iniuria interdum tribus oriri iniuriarum actionem, neque vltius actionem per

alium consumi. v. puta vxori meae filizfamilias in-
iuria facta est: & mihi, & patri eius, & ipsi iniuria
fieri actio incipiet competere.

2. Paulus libro 50. ad Edictum.

Qvod si viro iniuria facta sit, vxor non agit: quia
defendi vxores à viro, non viros ab vxore re-
quiritur.

3. Ulpianus libro 56. ad Edictum.

Ud relatum perque est: eos, qui iniuriam pati
possunt, & facere posse. 1. Si sine sunt quidam,
qui facere non possunt: v. puta furiosus: & impubes,
qui doli capax non est. namque hi pati iniuriam so-
lent, non facere. cum enim iniuria ex affectu facien-
tis consistat: consequens erit dicere, hos, siue pullens,
siue conuincium dicent, iniuriam fecisse non videri.

Itaque pati quis iniuriam, etiam si non
sentiat, potest facere nemo, nisi qui scit se iniuriam
facere, etiam si nesciat, cui faciat. 3. Quare si quis
per locum percutiat, aut dum certat iniuriam non
teneat. 4. Si quis hominem liberum cecide-
rit: idem prout seruum suum: in ea causa est, ne iniu-
riarum teneatur.

4. Paulus libro 50. ad Edictum.

Si cum seruo meo pugnum ducere Bellem, in
proximo te stantem inuitus percussit: iniuria-
rum non teneor.

5. Ulpianus libro 56. ad Edictum.

Ex Cornelia de iniuriis competit ei, qui iniuria
rum agere volit ob eam rem, quod se pulsatum
ver Veram me, domumve suam vi introitam esse di-
cat. Quia lege cautum, vt non iudicet, qui ei, qui agit,
gener, socer, viricus, priuignus, sobrinusve est, pro-
pulsive eorum quemquam ea cognitione, ad finitatem
ve attingit, quive eorum eius, parentisve cuius eor-
um patronus erit. Lex itaque Cornelia ex tribus
causis dedit actionem: quod quis pulsatus, ver Veram
solue, domumve eius vi introita sit. apparet igitur om-
nem iniuriam, quae manu fiat, lege Cornelia con-
tineri. 1. Inter pulsationem & verberationem
hoc interest, vt Otilius scribit: ver Verate est, cum do-
lore cadere: pulsare, sine dolore. 2. Domum
accipere debemus, non proprietatem domus, sed do-
micilium. Quare siue in propria domu quis habitau-
erit, siue in conducto, vel gratis, siue hospitio recep-
erit: haec lex locum habebit. 3. Quid, si quis in
villa habitet, vel in hortis: idem erit probandum.

Et si dominus fundum locauerit, inque
eum inuetus factus sit: colonus ager, non dominus.

Si tamen in fundum alienum, qui domi-
no colebatur, introitum sit: Laeone negat, esse actionem
domino fundi ex lege Cornelia: quia non possit v-
bique domicilium habere, hoc est, per omnes villas
suas, ego puto, ad omnem habitationem, in qua pa-
terfamilias habitat, pertinere hanc legem. licet ibi
quis domicilium non habeat. ponamus enim, stu-
diorum causa Romae agere. Romae vtique domicilium
non habet, & tamen dicendum est, si vi domus eius
introita fuerit, Corneliam locum habere. Tantum igitur
ad meritoria, vel stabula non pertinebit. ceterum
ad hos pertinebit, qui inhabitant non momenti
causa, licet ibi domicilium non habeant. 6. Il-
lud quod dicitur, an pater, filiofamilias iniuriam passus,
ex lege Cornelia iniuriam agere possit. & placuit,
non posse, de qua ea re inter omnes constat. sed patri
quidem pretoria iniuriam actio competit, filio vero
legis Corneliae. 7. In lege Cornelia filiusfa-
milias agere potest ex omni causa, nec cauere debet,
ratam rem patrem habiturum. nam nec alius agen-
tem filium iniuriam, ad cautionem de rato com-
pellendum, Iulianus scribit. 8. Hac lege per-
mittitur actori, iusiurandum de ferre: vt reus iuret,

iniuriam se non fecisse, sed Sabinus in adferio, e-
tiam praeiores exemplum legis secutos ait. & ita
res se habet. 9. Si quis librum ad infamiam a-
licuius pertinentem scripserit, composuerit, ediderit,
deloue malo fecerit, quo quid eorum fieret: etiam si
alterius nomine ediderit, vel sine nomine: de ea re
agere liceret, & si condemnatus sit, qui id fecit, in-
stabilis ex lege esse iubetur. 10. Eadem poena
ex senatusconsulto teneat etiam is, qui in scriptura
libri inscriptiones, aliove quid sine scriptura in
notam aliquorum produxerit, item qui emendum,
vendendum, ve curauerit. 11. Et ei, qui in scriptura
sine libertate seruum supposito modo libertariae, & ce-
terae personae, estimatione iudicis, pretium constituitur.
seruo sortita & libertate praestat. quid enim,
& publica utilitas ex hoc emerget?

6. Paulus libro 55. ad Edictum.

Qvod senatusconsultum necessarium est, cum no-
men adiectum non est eius, in qua factum
est. tunc, vt quia difficultis probatio est, volumus senatus
publica quaestione rem vindicari. Ceterum si nomen
adiectum sit, & iure communi iniuriam agi po-
terit. Nec enim prohibendus est priuato agere iudi-
cio, quod publico iudicio prauidetur: quia ad
priuatum causam pertinet. Plane si actum sit publi-
co iudicio, denegandum est priuatum, similiter ex
diuerso.

7. Ulpianus libro 57. ad Edictum.

Prator edixit: Qui agit iniuriam, eorum dicit,
quid iniuria factum sit: quia, qui famolim actione
intendit: non debet vagari cum discrimine alienae
estimationis: sed designare, & certum specialiter di-
cere, quam se iniuriam passum contendit.

Si dicatur homo iniuria occisus: num-
quid non debeat permittere prator, priuato iudicio
legi Corneliae prauidetur? idemque, & si ita quis a-
gere velit, quod tu venenum dedisti homini occi-
dendi causa: rectius igitur fecerit, si huiusmodi ac-
tionem non dederit. Ad quoniam solemus dicere: ex
quibus causis publica sunt iudicia, ex his causis non
esse non prohibendus, quo minus & priuato agamus.
est hoc verum: sed vbi non principaliter de ea re a-
gitur, quae habet publicam executionem. Quid ergo
de lege Aquilia dicimus: nam & ea actio principaliter
hoc continet: hominem occisum non principaliter.
nam ibi principaliter de damno agitur, quod do-
mino datum est. ad in actione iniuriam de ipsa
cade, vel veneno, vt vindicatur: non vt damnum fac-
ciatur. Quid ergo, si quis idcirco velit iniuriam a-
gere, quod gladio caput eius percussum est? Laeone
ait non esse prohibendum, neque enim vtique hoc,
(inquit) intenditur, quod publicam habet animad-
uersionem. quod verum non est. cui enim dubium
est, etiam hunc dici posse Cornelia conueniri?

Prator illud spectat, dici certum de ini-
uria, quam passus quis sit: vt ex qualitate iniuriae
sciamus, an in patronum liberto reddendum sit iniu-
riarum iudicium. etenim meminisse oportebit, li-
berto aduersus patronum non quidem semper, verum
interdum iniuriam dari iudicium, si atrox sit ini-
uria, quam passus sit, si sua, (puta) si seruilis. ceterum
liberum cohercitionem vtique patrono aduersus liberum
dabimus, nec patitur eum prator querentem, quasi
iniuriam passus sit, nisi atrocitas eum mouerit. nec
enim seruo prator debet heri seruum, hodie libe-
rum conquereantem, quod dominus ei conuincium
dixerit, vel quod leuiter pulsauerit, vel emendaue-
rit, sed si flagris, si verberibus, si vulneribus non me-
diocriter: quis simum erit, prator eum ei subuenire.

Sed, & si quis ex liberis, qui non sunt in
potestate, cum parente velit experiri: non temere ini-
uriam actio danda est, nisi atrocitas fuerit, certe
his qui sunt in potestate, prorsus nec competit, etiam

etiam si atrox fuerit. 4. Quod autem prator ait,
quid iniuria factum fuerit, dicitur, quemadmodum
accipiendum sit: certum cum dicere, Laeone ait, qui
dicat nomen iniuriae, neque sub alternatione, pura
illud aut illud, sed si iam iniuriam se passum.

Si mihi plures iniurias feceris: puta turba &
caetu factis, domum alicuius introcas, & hoc factis
efficiatur, vt simul & conuincium patiar, & ver Ve-
ber: an possim separatim tecum experiri de singu-
lis iniuriis, quaeritur. & Marcellus secundum Nera-
tij sententiam hoc probat, cogendum iniurias, quas
simul passus est, coniungere.

Poste hodie de omni iniuria, sed & de atroci
ciuilitate agi, imperator noster receperit.

Atrocem autem iniuriam, quasi contumeliosorem,
& maiorem accipimus.

Atrocem autem iniuriam aut persona, aut tem-
poris, aut te ipse fieri, Laeone ait persona atrocior in-
iuria fieri: cum magistratus, cum parentis, patrono
fieri: tempore, si ludis, & in conspectu, nam pratoris
in conspectu, an in solitudine iniuria facta sit, mul-
tum interesse ait: quae atrocior est, quae in conspe-
ctu fiat, atrocem iniuriam haberi, Laeone ait, vt
puta si vulnus illatum, vel os alicui percussum.

Uulneris magnitudo atrocitatem facit, & non nu-
quam locus vulneris, veluti oculo percussio.

Ed est quaestio, quod dicimus se iniuriam a-
trocem ferri: vt cum in corpore inferatur, atrox sit
an & si non corporis, vt puta vestimentis scissis, co-
mice abduco, vel conuicio dicto & ait Pomponius,
etiam sine pulsatione posse dici atrocem iniuriam,
persona atrocitatem faciente.

Sed & si in theatro, vel in foro egredie & vul-
nerat, quamquam non atrociter: atrocem iniuriam
facit.

Parui autem refert, verum patrisfamilias, an si-
liofamilias iniuria facta sit. nam & haec atrox ziti-
ma vitur.

Atrocem iniuriam seruis fecerit, si quidem
dominus praesens sit, potest agi de eo quod si afae-
rit, praesens offerendus est: qui cum ageris rumpat.
4. Si quis tam feminam, quam masculum, siue
ingenuos, siue libertinos, impudicos facere attem-
pauit: iniuriam teabitur. Sed & si serui iudi-
cia adtemptata sunt: iniuriam locum habet.

Attemptari pudicitia dicitur: cum id agitur, vt
Aer pudico in pudico fiat.

Non solum is iniuriam teneat, qui fecit ini-
uriam, hoc est, qui percussit: verum ille quoque
continetur, qui dolo fecit, vel qui curabit, vt Qui
mala pugno percuteretur.

Iniuriam actio ex bono & aequo est, & disti-
mulatione aboletur. si quis enim iniuriam derelin-
querit, hoc est, statim passus ad animum suum non
reuoauerit: postea ex poenitentia remissam iniuriam
non poterit recolare. secundum haec ergo aequitas
actionis omnem merum eius aboleri videtur, vbi-
cumque contra aequum quis venit. Proinde & si pa-
trum de iniuria intercessit, & si tractatum, & si
iusiurandum exactum erit: actio iniuriam non
tenebit.

Agere quis iniuriam & per se, & per alium
potest: vt puta procuratorem, tutorem, & ceterosque,
qui pro aliis solent interuenire.

Si mandatu meo facti sit alicui iniuria: pleriq-
aunt, eam me, qui mandauit, quam eum, qui susce-
pit, iniuriam teneri.

Proculus recte ait, si in hoc te condixerim, vt
iniuriam facias, cum vtroque nostrum iniuriam
agi posse, quia mea opera facta sit iniuria.

Uidemque ait, & si filio meo iusiurauero, vt tibi
iniuriam facias.

Uicinius autem ait, & si peruerserim alicui
alias uolens, vt mihi ad iniuriam facendam ab o-

diret, posse iniuriam mecum agi.

Quamquam aduersus patronum liberto iniu-
riarum actio non datur, verum marito libertae no-
mine cum patrono actio competit. maritus enim,
vxore sua iniuriam passa, suo nomine iniuriam
agere videtur, quod & Marcellus admittit. Ego au-
tem apud eum notauit, non de omni iniuria hoc es-
se dicendum, me putare. senis enim coercitio est
in nuptiam, vel conuict non: in pudici didio cur
patrono denegatur: Si autem coelibito nupta ef-
set, diceremus omnino iniuriam marito aduersus
patronum cessare actionem, & ita multi sentiunt.
Ex quibus apparet, liberos nostros non tantum
cas iniurias aduersus nos iniuriam actionem Exequi
non posse, quaecumque sunt ipsius, sed ne eas qui-
dem, quae eis sunt, quos eorum interest iniuriam
non pati.

Plane si forte filius liberti vel vxor velit in-
iuriam experiri: quia patri marito non datur:
denegandum non erit: quia suo nomine expeririunt.
9. Si, qui seruis dicitur, seque adserit in liberta-
tem, iniuriam actionem aduersus dicentem se
dominum competere, nulla dubitatio est, & hoc ve-
rum est, siue ex libertate in seruitutem petatur, si-
ue ex seruitute in libertatem proclauerit: nam hoc
inze indistincte vitur.

Gaius libro 22. ad Edictum prouinciale.

Si quis de libertate aliquem in seruitutem petat,
quem sciat liberum esse, neque id propter eui-
denciam, vt eam sibi conseruet, faciat: iniuriam
actionem teneat.

Ulpianus libro 57. ad Edictum.

Iniuriam actio neque heredi, neque in herede
datur. Idem est, & si in seruum meum iniuria facta
sit, nam nec hic heredi meo iniuriam actio da-
tur. Semel autem lite contestata, hanc actionem e-
tiam ad successores pertinet.

Si, qui iure publico vitur, non videtur iniu-
riam facienda causa hoc facere, iuris enim executio
non habet iniuriam.

Si quis, quod decreto pratoris non obtempe-
rauit, datus sit in ea causa, vt agat iniuria-
rum, propter pratoris praesepum.

Si quis per iniuriam ad tribunal alicuius ma-
interpellauerit vexandi mei causa: potero iniuria-
rum experiri.

Si quis de honoribus decernendis alicuius val-
sus non sit decerni, vt puta imaginem alicui, vel
quid aliud tale: an iniuriam teneatur? ait Laeone,
non teneri, quamuis hoc contumeliaz causa fa-
ciat. etenim multum interest, inquit contumeliaz
causa quid fiat, an vero fieri quid in honorem alic-
uius quis non patiarur.

Idem Laeone scribit: si, cum alium contingeret
legatio alij hoc onus duumuir indixerit: non posse
agi iniuriam ob laborem iniunctum, aliud enim
esse, laborem iniungere, aliud, iniuriam, facere. Idem
ergo erit probandum, & in ceteris munericibus at-
que honoribus, quae per iniuriam iniunguntur. Er-
go si quis per iniuriam sententiam dixerit, idem
erit probandum.

Quae iure potestatis a magistratu sunt, ad in-
iuriam actionem non pertinent.

Si quis me prohibeat in mari piscari, vel e-
uerticulum, quod Graece οὐρῆν dicitur ducere,
an iniuriam iudicio possim eu conuenire? sunt,
qui putent, iniuriam me posse agere. & ita Pom-
ponius & plerique, esse huic similem eum, qui in
publicum la Bare, vel in caua publica sedere, vel
in quo alio loco agere, sedere, conuerti non pa-
tiatur, aut si quis re mea vti me non permittat, na
& hic iniuriam conueniri potest. Conducori au-
tem veteres interdictionem dederunt, si forte publi-
cae hoc conduxit, nam vis ei prohibenda est, quo mi-
nus conductione sua fruatur. Si quem tamen
ante ades meas, vel ante pratorium meum pesca-
ri prohibeam: quid dicendum est, ne iniuriam
lib. 44

judicio teneri, an non? & quidem mare commune omnium est, & litora, sicuti aer, & est scriptura re- scriptum, non posse quem piscari prohiberi. sed nec aucupari, nisi quod ingredi quis agrum alienum prohiberi potest. vsurpatum tamen & hoc est, tamen nullo iure, ut quis prohiberi possit ante x- des meas vel pratorium meum piscari. quare si quis prohibeatur, adhuc iniuriarum agi potest. In lacu tamen, qui mei dominij est, vti que piscari al- quem prohibere possum.

14. *Paulus libro 13. ad Plautium.*
 Sane si maris proprium ius ad aliquem perti- neat, vti possidetis interdictum ei competit, si prohibeatur ius suum exercere: quoniam ad pri- vatum iam causam pertinet, non ad publicam hanc res. utpote cum de iure fruendo agatur, quo ex pri- vata causa contingat, non ex publica, ad privatas enim causas accommodata interdicta sunt, non ad publicas.

15. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Item apud Labeonem quaeritur: si quis mentem alicuius medicamento, aliove quo alienaverit: an iniuriarum actio, si locum haberet. & ait, iniuriarum adversus eum agi posse.

16. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Si quis pullatus quidem non est, verum manus adversus eum levatae, & sepe territis quasi Bapula- turus, non tamen percussit: vile iniuriarum actio- ne tenetur.

17. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Ait prator: Quod adversus bonos mores concitium est, si quis, ut si quis opera factum esse dicitur, quo adversus bonos mores concitium fuerit: non tamen iudicium dabo.

18. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Coniucium iniuriam esse, Labeo ait. 4. Coniucium autem dicitur vel a concitatione, vel a co- tentu, hoc est a collatione vocum. cum enim in v- num complures voces conferuntur, coniucium ap- pellatur, quasi convocium.

19. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Sed quod adicitur a pratore, *Adversus bonos mo- res* ostendit, non omnem in vnum collatam vocife- rationem pratorum notare, sed eam, quae bonis mo- ribus improbat, quaeque ad infamiam vel invidiam alicuius spectaret.

20. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Eadem ait, *Adversus bonos mores* sic accipiendum, non eius, qui fecit, sed generaliter accipiendum ad- versus bonos mores huius civitatis.

21. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Coniucium non tantum praesenti, verum ab- senti quoque fieri posse, Labeo scribit. Proinde si quis ad domum tuam venerit, te absente: coniucium factum esse dicitur. Idem, & si ad stationem vel ta- bernam venium sit, probari oportet.

22. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Fecisse coniucium non tantum is videtur, qui vociferatus est, verum is quoque, qui concitavit ad- vociferationem alios: vel qui summissit, ut vocife- rantur.

23. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Qui, non sine causa adiectum est, nam si incer- ta persona coniucium fiat, nulla executio est.

24. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Si curaverit quis coniucium alicui fieri, non tamen factum sit: non tenebitur.

25. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Ex his apparet, non omne maledictum, coniu- cium esse: sed id solum, quod cum vociferatione di- ctum est.

26. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Siue vnus, siue plures dixerint: quod in caetu dictum est, coniucium est. quod autem non in caetu, nec vociferatione dicitur: coniucium non proprie dicitur, sed infamandi causa dictum.

27. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Si quis astrologus, vel qui aliquam illicitam divinationem pollicetur, consultus aliquem furem dixisset, qui non erat: iniuriarum cum eo agi non potest, sed constitutiones eos tenent.

28. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Iniuriarum, quae ex coniucio nascitur, in he- redes non est reddenda: sed nec heredi.

29. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Si quis virgines appellasset, si tamen ancillari veste vestitas: minus peccare videtur. multo minus si meretricia veste vestitas, non matrum familiaru vestita fuisset. Si igitur non matronali habitu fe- mina fuerit, & quis eam appellavit, vel ei comitem abduxit: iniuriarum tenetur.

30. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Comitem accipere debemus eum, qui comi- tetur, & sequatur: & (ut ait Labeo) siue, siue

seruum: siue mascululum, siue feminam. Et ita comi- tem Labeo definit, qui frequentandi cuiusque cau- sa, ut sequeretur destinatus, in publico, privatove abductus fuerit. Inter comites vti que & praedagogi erunt.

31. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Abduxisse videtur (ut Labeo ait) non qui ab- ducere comitem cepit, sed qui perfecit, ut comes cum eo non esset.

32. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Abduxisse autem non tantum is videtur, qui per vim abduxit: verum is quoque, qui persuasit co- mitem, ut eam desereret.

33. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Tenetur hoc edictum, non tantum qui comitem abduxit, verum etiam si quis eorum quem appella- visset, adfectatus est.

34. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Appellare est, blanda oratione alterius pudici- tium ademptare, hoc enim non est concitium fa- cere, sed adversus bonos mores ademptare.

35. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Qui turpibus verbis vitur, non temptat pu- dicitiam, sed iniuriarum tenetur.

36. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Aliud est appellare, aliud adfectari, appellat enim, qui sermone, pudicitiam ademptat, adfecta- tur, qui tacitus frequenter sequitur. Adfectus enim frequentia quasi praebet nonnullam infamiam.

37. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Meminisse autem oportebit, non omnem, qui adfectatus est, nec omnem, qui appellatus, hoc edi- cto conveniri posse. neque enim si quis colluden- dis, si quis offi- sij honeste facienda gratia id facit, ita- tum in edictum incidit: sed qui contra bonos mo- res hoc facit.

38. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Sponsum quoque ad iniuriarum actionem ad- mittendum puto. etenim spectat ad contumeliam eius iniuria, quae cumque sponsae eius fiat.

39. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Ait prator: Ne quid infam. non causa fiat, si quis adversus ea fecerit, prout quaeque res est, an madurata.

40. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Hoc edictum supervacuum esse Labeo ait: quippe cum ex generali iniuriarum agere possu- mus. sed videtur & ipsi Labeoni, & ita se habet pratorum eadem causam sequuntur, voluisse etiam specialiter de ea re loqui. ea enim, quae nota vili- ter sunt, nisi specialiter notentur, videntur quasi ne- cessaria.

41. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Generaliter venit prator, quid ad in- famiam alicuius fieri. Proinde, quodcumque quis fecerit, vel dixerit, ut alium infamem, erit actio ini- uriarum. Haec autem sunt, quae ad infamiam alicuius sunt: utpote ad invidiam alicuius veste lugubri vitur, ut squalidat: aut si barbam demittat, vel capillos submittat: aut si carmē conferat, vel propenat, vel cantet aliquid, quod pudore alicuius laedat.

42. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Quod ait prator, si quis adversus ea fecerit, prout quaeque res est, an madurata, sic intelligen- dum est, ut plenior esset pratoris animadversio. id est & quodcumque cum mouerit, vel in persona eius, qui agit iniuriarum actionem, vel eius, adver- sus quem agitur, vel etiam in re ipsa, in qualitate iniuriae: audiat eum, qui agit.

43. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Si quis, libello dato vel principi, vel alicui, famam alienam infestata fuerit: iniuriarum erit agendum, Papinianus ait.

44. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Idem ait, eum, qui euentum sententiae, velur daturus pecuniam, vendidit, sustibus a praeside ob- hoc castigatum, iniuriarum damnatum videri, vti- que autem apparet, huic iniuriam ei fecisse, cuius sententiam vendidit.

45. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Si quis bona alicuius, vel rem vnam per iniu- riam occupaverit: iniuriarum actione tenetur.

46. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Item si quis pignus proseripserit, venditurus tamquam a me acceperit, infamandi mei causa Ser- vilius ait, iniuriarum agi posse.

47. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Si quis non debitorem quasi debitorem ap- pellaverit, iniuriae faciendae causa: iniuriarum tenetur.

48. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Prator ait: Qui seruum alienum, adversus bonos mores verberasse dicitur, in ius datur: quae- stionem habuisse dicitur: cum in iudicio dabo item si quid aliud factum esse dicitur: causa cognita, iudi. item dabo.

49. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Si quis sic fecit iniuriam seruo, ut domino fa- ceret: video, dominum iniuriarum agere posse su- o nomine. si vero non ad suggillationem domini id fecit: ipsi seruo facta iniuria, iniuria a pratore relin- qui

qui non debuit. maxime si verberibus, vel questio- ni fieret. hanc enim & seruum sentire, palam est.

50. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Si communem quis seruum verberaverit, vti- que hac actione non tenebitur, cum iure domini id fecerit.

51. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Si fructuarium id fecerit, de ni- nus cum eo agit: vel si proprietarius fecerit, fructua- rius cum eo conveniet.

52. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Adicitur, *Adversus bonos mores*: ut non omnis omnino, qui verberavit, sed qui adversus bonos mores verberavit, teneatur. ceterum si quis corrigendi animo, aut si quis emendandi: non tenetur.

53. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Unde quaerit Labeo, si magistratus municipa- lis seruum meum loris ruperit, an possim cum eo experiri, quasi aduersus bonos mores verberaverit. & ait, iudicem debere inquirere, quid facientem seruum meum verberaverit, nam si honorem, orna- mentaque petulantem aut temptatum eviderit ab- soluentium eum.

54. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Verberasse dicitur abusive, & quod pugnis accidit.

55. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Quae sit intellegere debemus, tormenta, & corporis dolorem ad erodendam veritatem. Nuda ergo interrogatio, vel levis terrore non pertinet ad hoc edictum. Quae rationis verbo etiam ea, quam malam mansuetum dicunt, continetur. Cum igitur per vim, & tormenta habita questio est: tunc questio intellegitur.

56. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Sed & si iussu domini quis quaestionem habet, modum: tamen excesserit: teneatur eum debere Labeo ait.

57. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Prator ait: Si quid aliud factum esse dicitur: au- sa cognita, dabo iudicium. proinde si quidem verbera- tus sit seruus, vel tormentis de eo questio habita est sine causa cognita: iudicium in eum compe- tit: si vero aliter, iniuriam passus sit: non aliter com- petit, quam si causa cognita.

58. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Prator non ex omni causa iniuriaru iudicium serui nomine promittit, nam si leuiter percussus sit, vel maledictum ei leuiter, non dabit actionem: si infamatus sit, vel factio aliquo, vel car- mine scripto: puto, & causa cognita: actionem pratoris porrigentiam, & ad serui qualitatem. etenim mul- tum interest, qualis seruus sit: bonae frugi, ordina- rius, dispensator, an vero vulgaris, vel mediastinus, an qualisvis: & quid si compe- dit, vel male no- tus, vel notus extremus: habebit igitur prator ratio- nem tam iniuriae, quae admissa dicitur, quam ratio- nis serui, in quem admittit dicitur. & sic aut permittit, aut denegat actionem.

59. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Interdum iniuria seruo facta, ad dominum redundat, interdum non, nam si pro liberto se gererit, aut cum eum alterius potius, quam meum, exi- stimat quis, non casurus eum, si meum scisset: non posse eum, quasi mihi iniuriam fecerit, sic conueni- ri, Mela scribit.

60. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Si quis, seruo verberato iniuriarum egerit: eadem postea damni iniuriae agat: Labeo scribit, eandem rem non esse: quia altera actio ad damnum pertinet, culpa datum, altera ad contumeliam.

61. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Si vultum fructum in seruo habeam, tu proprie- tatem, sique verberatus sit, vel questio de eo habita: iniuriaru actio magis proprietaria, quam mihi, competit. Idemque probatur, & si seruum meum, quem bona fide possidebam, exderit, domino e- nim magis competit iniuriarum actio.

62. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Item si liberum hominem, qui mihi bona fi- de seruiebat: quis exiderit: distinguendum est, ut, si in contumeliam pulsius sit, competit mihi ini- uriarum actio. Idem ergo & si in seruo alieno bona fide mihi seruiebat: ut totiens admittamus iniu- riarum actionem, quotiens in meam contumeliam iniuria ei facta sit: nam ipsius quidem serui nomi- ne domino dabitur iniuriarum actionem. si autem me tangat, & pulset, iniuriarum mihi quoque est. Ergo & in fructuario idem distinguere potest.

63. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Si seruum complurium exidero: competere iniuriarum actionem omnibus, plus quam mani- festum est.

64. *Ulpianus libro 77. ad Edictum.*
 Paulus libro 45. ad Edictum.
 Sed non esse equum, pro maiore parte, quam pro- qua dominus est, damnationem fieri, Pedius ait.

& ideo, officio iudicis, portiones aestimandae erunt.

17. *Ulpianus libro 57. ad Edictum.*
 Si vnus permisso id fecero: si quidem solus eius esse putavi: nulli competit iniuriarum actio: plane si scij plurium: ei quidem, qui permisit, non competit iniuriarum actio: ceteris competit.

18. *Ulpianus libro 57. ad Edictum.*
 Si iussu tutoris, aut procuratoris, vel curatoris questio habita sit: consequens erit dicere, cella. e iniuriarum actionem.

19. *Ulpianus libro 57. ad Edictum.*
 Seruus meus opera, vel querella tua, flagellis caesus est a magistratu nostro. Mela putat, dandam mihi iniuriarum aduersus te, in quantum ob eam rem equum iudici videbitur. & si seruus decesserit: domini eius agere posse, Labeo ait: quia & damno, quod per iniuriam factum est, agatur. & ita Trebatius placuit.

20. *Ulpianus libro 57. ad Edictum.*
 Quaedam iniuriae a liberis hominibus factae, levis nonnullius momenti videntur. eumvero a seruis, graues sunt. crescit enim contumelia ex per- sona eius, qui contumeliam fecit.

21. *Ulpianus libro 57. ad Edictum.*
 Cum seruus iniuriam facit: maleficium eum admittit, palam est. Merito igitur sicuti ex ceteris delictis, ita & ex hoc iniuriarum noxalis actio da- tur. Sed in arbitrio domini est, an velit eum verberandum exhibere, ut ita satisfaciat ei, qui iniuriam passus est. neque erit necesse domino vti que eum verberandum praestare: sed dabitur ei facultas praes- tare ei seruum verberandum, aut si de eo verberibus factis non fiat, noxae dedendum, vel litis aestima- tionem sufferendam.

22. *Ulpianus libro 57. ad Edictum.*
 Ait prator, *Arbitratu iudicis*: vti que quasi viri boni: ut ille modum verberum imponat.

23. *Ulpianus libro 57. ad Edictum.*
 Si ante iudicem dominus verberandum serui exhibuerit, ut satis verberibus ei fieret, & erit si- cum arbitratu alicuius, postea ardet agere iniuria- rum persecutor: non est audiendus qui enim accep- tit satisfactionem, iniuriam suam remisit nam & si nuda voluntate iniuriam remisit: indubitate di- cendum est, extingui iniuriarum actionem, non mi- nus quam si tempore abolita fuerit iniuria.

24. *Ulpianus libro 57. ad Edictum.*
 Si iussu domini seruus iniuriam fecerit, vti que dominus conueniri poterit etiam suo nomine. Si si proponatur seruus manumissus, placet Labeoni, dandam in eum actionem: quia & noxa caput sequi- tur: nec in omnia seruus domino parere debet, ce- terum, & si occiderit iussu domini, Cornelia eum eximemus.

25. *Ulpianus libro 57. ad Edictum.*
 Plane si defendendi domini gratia aliquid se- cerit: actionem ei constare, apparet: inque eam rem aduersus agentem exceptio oblienda erit.

26. *Ulpianus libro 57. ad Edictum.*
 Si seruus, in quo vultus fructus meus est, iniuria mihi fecerit: aduersus dominum noxali iudicio co- periri potero. neque deo deterioris condiciorum ob hoc esse, quod vultus fructus in eo habeo, quam si non haberem. Aliter atque si seruus communis esset. tunc enim non daremus factio actionem, ea propter, quia & ipse iniuriarum actione tenetur.

27. *Ulpianus libro 57. ad Edictum.*
 Ait prator, si quis in alicuius potestate est, & iniuria facta esse dicitur, & neque is, cuius in potestate est, praesens est, neque procurator, quisquam existat: quis e nomine agat: causa cognita ipsi, qui iniuriam accepisse di- citur, iudicium dabo.

28. *Ulpianus libro 57. ad Edictum.*
 Filiofamilias iniuriam passus, si praesens sit, pater, agere tamen non possit propter furorem, vel quem alium casum dementiae, puto competere ini- uriarum actionem, nam & hic pater eius, absentis loco est.

29. *Ulpianus libro 57. ad Edictum.*
 Plane si praesens agere nolit, vel quia differo vel quia remittit: atque donat iniuriam: magis est, ut filio actio non detur, nam & cum abest, idcirco datur filio actio: quia verisimile est, patrem, si praesens fuisset, acturum fuisse.

30. *Ulpianus libro 57. ad Edictum.*
 Interdum tamen putamus, et si pater remittat, iniuriarum actionem filio dandam: ut puta si patris persona vitis abiectaque sit, filij honesta. neque enim debet pater vilissimus filij sui contumeliam ad suam utilitatem metiri. potius est eum pa- trem, cui iure meritoque curator a pratore consti- tueretur.

14 Sed si pater, lite contentata, coepit abesse: vel etiam ne Clegeret executionem pater vilis: dicendum est, causa cognita translationem filio competere. Idem, & si emancipatus filius esse proponatur.

15 Procuratorem patris prætulit prætor ipsi personis, quæ iniuriam passæ sunt. Si tamen procurator aut negligat, aut colludat, aut non sufficit aduersus personas, quæ iniuriam fecerunt: ipsi potius, qui passus est iniuriam, actio iniuriarum competit.

16 Procuratorem autem accipere debemus, non utique eum, cui specialiter mandata est procuratio actionis iniuriarum: verum sufficit, eum esse, cui omnium rerum administratio mandata est.

17 Quod autem ait prætor, causa cognita ipsi, qui iniuriam accepisse dicitur iudicium permittere: accipiendum est, ut in cognitione causæ hoc veretur, quàm longe pater ab sit, & quando superuenturus: & numquid is, qui iniuriam vult actionem mouere, (segnior,) vel inutilis admodum, qui non sufficit ad rei cuius administrationem, ac per hoc nec ad actionem.

18 Quod deinde ait, Quæ iniuriam accepit: interdum ita accipiendum est, ut patri eius competet actio, ut puta nepoti facta iniuria est. pater præsens est: aus abest. scribit Iulianus, patri potius dædam iniuriarum actionem, quàm ipsi nepoti. ad cuius (inquit) officium pertinet, etiam viuentis auctoris, filium suum in omnibus tueri.

19 Idem Iulianus scribit, filium non tantum ipsum agere debere, verum procuratorem dare posse. alioquin (inquit) nisi ei permiserimus procuratorem dare: futurum est, ut, si valetudine impeditur, neque sit, qui iniuriarum actionem exequatur, impediatur actio.

20 Idem ait: & si nepoti facta sit iniuria, & nemo sit, qui aut nomine agat: permittendum esse patris experiri, & is procuratorem dabit, omnibus enim, qui suo nomine actionem habent, procuratoris dandi esse potestatem, intellegi autem filium (inquit) familias suo nomine agere, cum, patre testante, prætor ei agere permittat.

21 Si filius familias iniuriarum egerit, patri actio non competit.

22 Idem ait, filio familias iniuriarum nomine actionem dari, quotiens nemo est, qui patris nomine experiat. & hoc casu quasi patremfamilias constitui. quare siue emancipatus sit, siue ex parte heredes scriptus fuerit, vel etiam exheredatus, siue pater hereditate abstinuerit: executionem licet ei dandam esse enim per absurdum: quem prætor mandante patria potestate ad actionem admittendum prouenerit, ei patri familias vltionem iniuriarum suam eripi: & transferri ad patrem, qui eum, quatum in ipso est, omiserit: aut (quod est indignius) ad heredes patris, ad quos non pertinet iniuriarum filio familias factam, proculdubio est.

23 Paulus libro 55 ad Edictum.

Eum, qui nocentem infamauit, non esse bonæ reus: quum ob eam rem condemnari peccata eum nocentium nota esse, & oportere & expedire.

19 Si seruus seruo fecerit iniuriam: perinde agendum, quasi si domino fecisset.

20 Si nupta filia familias iniuria accepit, & vir, & pater iniuriarum agant: Pomponius recte putat, tantum patri condemnandum esse reum, quanti condemnaretur, si ea vidua esset. viro tantum, quanti condemnaretur, si ea in nullius potestate esset. quod quæ cuiusque iniuria propriam æstimationem habere: & ideo si nupta in nullius potestate sit, non ideo minus eam iniuriarum agere posse, quod & vir in suo nomine agat.

21 Si iniuria mihi sit ab eo, cui sim ignotus, aut si quis putet, me Lucium Titium esse, quum sim Gaius Seius: præualeat, quod principale est, iniuria tum mihi facere velle. nam certus ego sum, licet ille putet me alium esse, quam sum, & ideo iniuria tum habeo.

22 At cum aliquis filium familias, patremfamilias

putat: non potest videri iniuriam patri facere, non magis quam viro, si mulierem viduam esse credat, quia neque in personam eorum confertur iniuria, nec transferri potest: putationem ex persona filiorum ad eos potest: cum effectus iniuriam facientis in hunc, tamquam in patremfamilias, consistat.

23 Quod si scisset, filium familias esse: tamen si nescisset, cuius filius esset: dicerem (inquit) patrem suo nomine iniuriarum agere posse. nec minus virum, si ille nuptiam esse sciret. nam qui hæc non ignorat: cuiusque patri, cuiusque marito, per filium, per uxorem vult facere iniuriam.

19 Gaius libro 22 ad Edictum Provinciale.

Si credidi meus, cui paratus sum soluere, iniuriam meam fiduciosos meos interpellauerit: iniuriarum tenetur.

20 Medefinus libro 12. Responsorum.

Si iniuriam faciendæ gratia Scia domum absentis debitoris signasset sine auctoritate eius, qui concedendi ius potestatem habuit: iniuriarum actionem intendi posse, respondit.

21 Iustus libro 9. Epistularum.

Iniuriarum æstimationem non ad id tempus, quo iudicatur, sed ad id, quo facta est, referri debet.

22 Ulpianus libro 1. ad Edictum prætoris.

Si liber pro fugitio adprehensus erit, iniuriarum sum eo agit.

23 Paulus libro 4. ad Edictum.

Qui in domum alienam inuito comino introit, quamuis in ius vocati: actionem iniuriarum in eum competere, & filius ait.

24 Ulpianus libro 15. ad Edictum prætoris.

Si quis proprium seruum distrahere prohibetur, & quolibet, iniuriarum experiri potest.

25 Idem libro 12 ad Edictum.

Si stuprum serua passus sit, iniuriarum actio dabitur, aut si celauit mancipium, vel quid aliud furandi animo fecit: etiam furti, vel si virginem immaturam stuprauerit, etiam legis Aquiliæ actionem competere, quodam putant.

26 Idem libro 19. ad Edictum.

Si quis seruum meum, vel filium iudicio habeat, licet consensientem: tamen ego iniuriam videtur accipere. veluti si in popinam duxerit illum, si aleam luserit. sed hoc vtique tunc locum habere potest, quotiens ille, qui suadet, animum iniuriam faciendæ habet. atquin potest malum consilium dare, & qui dominum ignoret: & ideo incipit serui corrupti actio necessaria esse.

27 Idem libro 27. ad Edictum.

Si statua patris tui in monumento posita, saxis excisa est: sepulchri violari agi non posse, iniuriarum posse, Labeo scribit.

28 Ulpianus libro 34. ad Sabinum.

Iniuriarum actio in bonis nostris non computatur, antequam litem contestemur.

29 Paulus libro 10. ad Sabinum.

Si seruus, cuius nomine iniuriarum actio tibi competit, manifestus, aut alienatus: superest tibi iniuriarum actio.

30 Ulpianus libro 42. ad Sabinum.

Seruus autem manumissus, non competere actionem ob iniuriam, quam in seruitute passus est, quis dubitet?

31 Si filio iniuria facta sit: cum utriusque, tam filio, quam patri, adquisita actio sit: non eadem utriusque faciendæ æstimatione est.

32 Paulus libro 10. ad Sabinum.

Cum possit propter filij dignitatem maior ipse quam patri, iniuria facta esse.

33 Ulpianus libro 42. ad Sabinum.

Nec magistratibus licet aliquid iniuriöse facere, si quid igitur per iniuriam fecerit: magistratus, vel quasi priuatus, vel fiducia magistratus, vel quasi priuatus, vel fiducia magistratus: potest conueniri. sed vtum posito magistratu: verò & quamdiu est in magistratu: sed vtum est: si is magistratus est, qui sine fraude in ius vocari non potest: vtum est, quod ad magistratu abest, quod & si ex minoribus magistratibus erit, qui sine imperio aut potestate sunt magistratus: & in ipso magistratu posse eos conueniri.

34 Paulus libro 10 ad Sabinum.

Quod reipublice venerandæ causa secundum bonos mores sit, etiam si ad contumeliam alicuius pertinet: quia tamen non ea mente magistratus facit, vt imperium suat, sed ad vindictam maiestatis publicæ respiciat: actione iniuriarum non tenetur.

35 Gaius libro 13. ad Edictum Provinciale.

Si plures serui simul aliquem exciderint, aut conuictum alicui fecerint: singulorum proprium est maleficium, & tanto maior iniuria, quanto à pluribus amissi est: imò etiam tot iniuriæ sunt, quot & personæ iniuriam fecerint.

36 Ulpianus libro 3. de Omnibus tribunalibus.

Si quis iniuriam a rocem fecerit, qui contemnere iniuriarum iudicium possit ob infamiam suam & egestatem: prætor acriter exequi hanc rem debet, & eos, qui iniuriam fecerunt, coercere.

37 Iulianus libro 45. Digestorum.

Si filij nomine cum patre iniuriarum agere velim, & is procuratorem det: non intellegitur filius defendi, nisi iudicatum solui sentiderit: & ideo actio aduerfus filium, tamquam à patre non defendatur, danda erit.

38 Marcianus libro 14. Institutionum.

Constitutionibus: principalibus cauere ea, quæ infamandi alterius causa in monumenta publica posita sunt, tolli de medio. & Etiam ex lege Cornelia iniuriarum actio ciuilitur moueri potest, condemnatione æstimatione iudicis faciendæ.

39 Secunda libro 4. Regularum.

Senatusconsulto cauere, ne quis imaginem Imperatoris in inuidiam alterius portaret, & qui contra fecerit, in vincula publica mittetur.

40 Ulpianus libro 2. Publicorum iudiciorum.

Vestem sordidam rei nomine in publico habere, capillumve summittere nulli licet: nisi ita coniunctus est adhiñtati, vt inuitus in reum testimonium dicere cogi non possit.

41 Marcus libro 2. Publicorum iudiciorum.

Diuus Severus Dionysio Dingeni ita scripsit: Atrocis iniuriz damnatus, in ordine decurionum esse non potest. nec pro se tibi debet error præstari, aut eius, qui de re aliquo pronuntiauit, aut eorum, qui contra formam iuris mansisse te in ordine decurionum putauerunt.

42 Neratius libro 5. Membranarum.

Pater, cuius filio facta est iniuria, non est impediendus, quo minus duobus iudicis & suam iniuriam persequatur, & filij.

43 Paulus libro 5. Sententiarum.

Iudici ab appellatoribus conuictum fieri non oportet: alioquin infamia notantur.

44 Gaius libro 3. Regularum.

Qui iniuriarum actionem per calumniam instituit, extra ordinem damnatur. id est, exilium, aut relegationem, aut ordinis amotionem patitur.

45 Iustus libro 9. ex Posterioribus Labronis.

Si inferiorum dominus ædium, superioris vicini sumigandi causa sumum faceret, aut si superior vicini inferioris ædes quid aut proiecerit, aut infuderit: nega: Labeo iniuriarum actio esse, quod falsum putat. si tamen iniuriz faciendæ causa inmittitur.

45. Hermogenianus libro 5. Epitomarum.

De iniuria nunc extra ordinem ex causa & persona statui solet. Et serui quidem flagellis cæsi, dominis restituntur. liberi verò, vtilioris quidem loci, subiectuntur: ceteri autem vel exilio temporali, vel interdictione certæ rei coercentur.

DE EXTRAORDINARIIS CRIMINIBUS.
TIT. XI.

Paulus libro 4. Sententiarum.

Sollicitatores alienarum nuptiarum, item que matrimoniorum interpellatores, etsi esse celeriter potiri non possunt, propter voluntatem perniciosæ libidinis extra ordinem puniuntur. & Fit iniuria contra bonos mores: veluti si quis sine fraude aliquem peraserit, ego, luto obliuenerit, aquas sputauerit, fistulas, lacus, quid vel aliud ad iniuriam publicam contaminauerit. in quos grauius animaduerti solet. & Qui puero stuprum, abducto ab eo vel corrupto comite, persuaserit; aut mulierem puellamve interpellauerit, quidve impudicitia gratia fecerit; donum præbuerit; pretiumve, quo is persuadeat, dederit: perfecto flagitio, puniuntur capite: Imperfecto, in insulam deportantur. corrupti comites summo supplicio adficiuntur.

2. Ulpianus libro 4. Opinionum.

Sub preceptu religionis, vel sub specie soluendi voti, ceteris illicitis nec à veteranis temptare oportet.

3. Idem libro 3. de Adulteriis.

Stellionatus, vel expilatoris hereditatis iudicia accusationem quidem habent, sed non sunt publica.

4. Marcianus libro 1. Regularum.

Diuus Severus & Antoninus rescripserunt, eam, quæ data opera abegit, à præside in temporale exilium dandam, indignum enim videri potest, impune eam maritum liberis fraudasse.

5. Ulpianus libro 5. de officio proconsulis.

In eum, cuius instinctu ad infamandum dominum Iseruus ad statum confugisse comperis erit, prætor corrupti serui actionem, quæ ex edicto perpetuo competit, ferere animaduertitur.

6. Idem libro 2. de officio proconsulis.

Anonam ademptare & vexare vel maximè dardanarij solent quorum a Baniæ obuiam ium est tam mandati, quam constitutionibus. Mandatis denique ita cauere: præterea debet custodire, ne dardanarij vilius mercis sint, ne aut ab his, qui coemptas merces supprimunt; aut à locupletioribus, qui fructus suos æquis pretis vendere nollent, dum inuicem vberes prouentus expectant, (ne) annonæ onerentur. Penam autem in hos variè statuitur, nam plerumque, si negotiantes sunt, negotiatione cis tantum interlicetur, interdum & relegari solent, humiliores ad opus publicum dari. & Onerant annonam etiam stateræ adulterinæ, de quibus Di. Bus Traianus edictum proposuit, quo edicto penam legis Corneliæ in eos statuit, perinde ac si lege testamentariæ, quod testamentum falsum scripsisset, signasset, recitasset damnatus esset. & Sed & Diuus Hadrianus eum, qui falsas mensuras habuit, in insulam relegauit.

7. Idem libro 9. de officio proconsulis.

Saccularij, qui veritas in sacculo artes exercentes, partem subducunt, partem subtrahunt: item qui dederunt appellatur, hoc est hi, qui in aliena cenacula se dirigunt furandi animo, plus quam fures puniendi sunt, idcircoque aut ad tempus in opus dantur publicum; aut subiecti castigantur, & dimittuntur; aut ad tempus relegantur.

8. Idem eodem libro.

Sunt præterea crimina, quæ ad executionem præstatis pertinent. vtpote si quis instrumenta sua prodita esse dicat. nam huius rei executio

Interdico vrbis à Diuis fratribus data est.
 9. *Idem eodem libro.*
Sunt quaedam, quæ more prouinciarum coëreitionem solent admittere. vtpote in prouincia Arabia *ακοπιλοισιν*. i. lapidum positionem, crimen appellatur: cuius rei admittum tale est: Plurique inimicorum solent prædium inimici *ακοπιλοισιν*, id est lapides ponere indicio fumorum, quod, si quis eam agrum coluisset, malo leto periturus esset insidiis eorum, qui scopulos posuissent. quæ res tantum timorem habet, vt nemo ad eum agrum accedere audeat, crudelitatem timens eorum, qui scopulis mon fecerunt. hæc rem præfides exequi solent grauius vsque ad pœnam capitis: quia & ipsa res mortem comminat.

10. *Idem eodem libro*
In Aegypto qui chomata rumpit, vel dissoluit, (hi sunt aggeres, qui quidem solent aquam Niloticam continere) æque plectitur extra ordinem, & pro condicione sua, & pro admitti mensura. quidam opere publico, aut metallo plectuntur, si metallo quidem secundum suam dignitatem; si quis arborem scaminonem exciderit, nam & hæc res vindicatur extra ordinem non leui pœna, idcirco quod hæc arbores colligunt aggeres Niloticos, per quos incrementa Nili dispensantur, & coërentur: & deminutiones æque coërentur. chomata etiam, & diacopi, qui in aggeribus sunt, plecti efficiunt eos, qui id admittunt.

11. *Paulus libro 1. Sententiarum.*
In circulatoribus, qui serpentes circumferunt & proponunt, si cui ob eorum metum damnum datum est, pro modo admitti actio dabitur.

DE SEPULCHRO VIOLATO,

TIT. XII.

Ulpianus libro 2. ad Edictum prætoris.

Sepulchri violati actio infamiam irrogat.
 1. *Idem libro 8. ad Edictum prætoris.*

Si sepulchrum qui dicitur, cessat Aquila: quod vi stamen, aut clam agendum erit. Et ita de statua de monumento euolsa Celsus scribit. Idem quærit; si neque adplumbata fuit, neque adfixa, an pars monumenti effecta sit, an verò maneat in bonis nostris. & Celsus scribit, sic esse monumentum, vt usufruarius; & ideo quod vi aut clam interdico locum fore.

3. *Ulpianus libro 25. ad Edictum prætoris.*

Prætor ait: Cuius dolo malo sepulchrum violatum esse dicitur, in eum in factum iudicium dabo: vt ei, ad quem pertinet, quanti ab eam rem æquum videbitur, condemnetur. *fructus erit, ad quem pertinet, siue agere nolet: quicumque agere volent, ei centum aureorum actionem dabo, si plures agere volent: cuius iustissima causa esse videbitur, ei agendi potestatem faciam, si quis in sepulchro dolo malo habitauerit, adificiumve aliud, quod in sepulchri causa factum sit, habuerit: in eum, si quis eo nomine agere volent, aut eorum iudicium dabo.* 1. *Prima verba ostendunt, eum demum ex hoc plecti, qui dolo malo violauit. si igitur dolo, absit, cessabit eiusdem personæ. igitur doli non capaces (vt admodum impuberes; item omnes, qui non animo violandi accedunt) excusati sunt.*

2. *Sepulchri autem appellatione omnem sepulchrum locum contineri, existimandum est.*

3. *Si quis in hereditarium sepulchrum in ferat, quamvis hæres, tamen potest sepulchri violati reueri, si forte contra voluntatem testatoris intulit. licet enim cauere testatori, ne quis eo inferatur, vt rescripto Imperatoris Antonini cauetur. seruari enim voluntatem eius oportere. ergo & si cauit, vt vnus tantum hæredum inferretur, seruabitur, vt solus in-*

ferat. 4. *Non perpetua sepulchra tradita corpora posse transferri, edicto Diui Seueri continetur. quo mandatur, ne corpora detinerentur, aut vexarentur, aut prohiberentur per territoria oppidorum transferri. Diuus tamen Marcus rescriptit, nullam pœnam meruisse eos, qui corpus in itinere defuncti per vicum, aut oppidum transfuerunt: quamuis talia fieri sine permissu eorum, quibus per mittendi ius est, non debeant.* 5. *Diuus Hadrianus rescripto pœnam statuit quadraginta aureorum in eos, qui in ciuitate sepeliantur: quam hinc inferri iussit: & in magistratus eadem: qui passi sunt: & locum publicari iussit, & corpus transferri. Quid tamen si lex municipalis permittat in ciuitate sepeliri? post rescripta principalia an ab hoc discessum sit, videbimus: quia generalia sunt rescripta. & oportet, imperialia statuta sua vim opinere, & in omni loco valere.* 6. *Si quis in sepulchro habitasset, adificiumve habuisset, ei, qui velis, agendi potestas sit.* 7. *Aduersus eos, qui cadavera spoliati, præfides seuerius interuenirent: maxime si manu armata adgrederentur: vt, si armati more latronum id egerint, etiam capite plectantur, vt Diuus Seuerus rescriptit: si sine armis, vsque ad pœnam metalli procedunt.* 8. *Qui de sepulchri violati actione iudicant: æstimabunt, quatenus inter sit: licet ex iniuria, quæ facta est; item ex lucro eius, qui violauit, vel ex damno, quod contigit; vel ex temeritate eius, qui fecit. nunquam tamen minoris debent condemnare, quam solent extraneo agente.*

9. *Si ad plures ius sepulchri pertinet: vtrum omnibus damus actionem: an ei, qui occupauit: Labeo omnibus dandam dicit. recte: quia in id, quod vniuscuiusque interest, agitur.* 10. *Si is, cuius interest, sepulchri violati agere nolet: potest pœnitentia acta, antequam lis ab alio conuictetur, dicere, velle se agere: & audietur.* 11. *Si seruus in sepulchro habitat, vel adificauit: non alio actio cessat, & in eum prætor hanc actionem plectitur. Si tamen non habitat, sed domunculam ibi habeat feruere: noxale iudicium erit dandum. si modo habere posse videtur.* 12. *Hæc actio popularis est.*

4. *Paulus libro 27. ad Edictum prætoris.*

Sepulchra hostium religiosa nobis non sunt. ideoque lapides inde sublatis, in quemlibet usum conuertere possumus: non sepulchri violati actio competit.

5. *Pomponius libro 6. ex Plautio.*
Vtimur eo iure, vt dominis fundorum, in quibus sepulchra fecerint, etiam post videntes fundos ad eundem sepulchrum sitius legibus namque prædiorum vendendorum cauetur, vt ad sepulchra, quæ in fundis sunt, iter eius, aditus ambitus funeri facien si sit.

6. *Iulianus libro 10. Digestorum.*
Sepulchri violati actio in primis datur ei, ad quem res pertinet. Quo cessante, si alius egerit, quamuis reipublicæ causa asserit dominus; non debet ex integro aduersus eum, qui litis estimationem sustulerit, dari. Nec potest videri deterior fieri condicio eius, qui reipublicæ causa asserit: cum hæc actio non ad rem familiarem eiusdem, magis ad vltionem pertineat.

7. *Macer libro 3. Institutionum.*
Sepulchri deteriori conditionem fieri, prohibendum est, sed corruptum, & lapsum in vnum mentum corporibus non commadsi licet reficere.

8. *Macer libro 1. Publicorum.*
Sepulchri violati crimen potest dici ad legem Iuliam de vi publica pertinere ex illa parte, qua de eo cauetur, qui fecerit quid, quo minus aliquis faceretur, sepeliantur: quia & qui sepulchrum violat, facit, quo quis minus sepulchrum sit.

9. *Idem libro 2. publicorum iudiciorum.*

De sepulchro violato actio quoque pecuniaria datur.
 10. *Papinianus libro 8. Quæstionum.* Quæsitum

Quæsitum est, an ad heredem necessarium, cum se bonis non misisset, actio sepulchri violati pertineret: dicitur, recte eum ea actione capere, quæ in bonum & æquum concepta est. Nec tamen, si egerit, hereditarios creditores timebit: cum etiam per hereditatem optigit hæc actio: nihil tamen ex defuncti capiat voluntate, neque id capiat, quod in rei persecutione, sed in sola vindicta sit constitutum.

11. *Paulus libro 5. Sententiarum.*
Rei sepulchrorum violatorum: si corpora ipsa extraxerint, vel ossa eruerint: humiliores quidem fortunæ, lummo supplicio adficiuntur: honoriores in insulam deportantur: alii autem relegantur, aut in metallum damnantur.

DE CONCVSSIONE,

TIT. XIII.

Ulpianus libro 5. Opinionum.
Si simulato præfide iussu cõsilio interueniat: ablatum eiusmodi retere restitui, præfides prouincie iubet & delictum coercet.

2. *Macer libro 1. publicorum iudiciorum.*
Cõuersionis iudicium publicum non est. sed si deo pecuniam, quis accepit, quod crimen minatur sit: potest iudicium publicum esse ex senatusconsulto, quibus pena legis Cornelie teneri iubentur, qui in accusationem innocentium coierint, quæ ob accusandum, vel non accusandum, denunciandum vel non denunciandum testimonium, pecuniam acciperint.

DE ABIGEIS,

TIT. XIII.

Ulpianus libro 2. de officio proconsulis.
De abigeis panis dicitur ita Diuus Hadrianus consilio Vellei rescriptit: Abigei cum durissimè puniuntur, ad gladium damnari solent, puniuntur autem durissimè non vbi que, sed vbi frequentius est id genus maleficij, alioquin & in opus, & non inquam temporarium dantur. 1. *Abigei autem proprie hi habentur, qui pecora ex pascuis, vel ex armentis subtrahunt, & quodammodo deprædantur: & abigendi studium quasi exercent, equos de gregibus, vel vobes de armentis abducentes. Ceterum si quis vobem aberrantem, vel equos in solitudine relictos abduxerint: non est abigeus, sed fur potius.* 2. *Secundum qui porcam, vel capram, vel verulem abduxerint: non tam grauius, quam qui maior animalia abigunt, plecti debent.* 3. *Quamquam autem Hadrianus metalli pœnam, item operis vel etiam gladii præstituerit: tamen qui honestiore loco nati sunt, non debent ad hanc pœnam pertinere: sed aut relegandi erunt, aut monendi ordini. Sanè qui cum gladio abigunt, non inique Vestiti obliuntur.* 4. *Qui pecora, de quorum proprietate faciebat controversiam abegit, vt Saturninus quidem scribit, ad examinationem ciuilem remittendus est. sed hoc ita demum probandum est; si non color abigeatus quæsitus esset: sed vere putauit sua iuris rationibus ductus.*

2. *Macer libro 1. publicorum iudiciorum.*
Abigeatus crimen publici iudicij non est: quia furtum magis est. sed quia plerumque abigei & ferro vtuntur, si deprehendantur, ideo grauius & puniri eorum admittum solent.

3. *Callistratus libro 6. de Cognitionibus.*
Oves pro numero abactorum aut furem au abigeum faciunt, quidam decem vobes gregem esse putauerunt: porcos etiã quinque, vel quatuor abactorum, equum, vobem vel vnum abigeatus crimen facere. 1. *Eum quoque plenus coërendum, qui à stabulo abegit domum pecus, non à silua nec grege.* 2. *Qui sæpius abegerunt, licet semper vnum vel alterum pecus subtraxerint, tamen &*

bigei sunt. 3. *Receptores abigeorum quæ pœna plecti debeant epistula Diui Trahiani ita cauetur vt extra terram Italiam decem annis relegantur.*

DE PRÆBARICATIONE,

TIT. XV.

Ulpianus libro 6. ad Edictum prætoris.
Præbaricator est quasi Baricator, qui diuersam partem adiunat prædita causa sua. Quod nomen Labeo à varia certatione tractum ait, nam qui præuaricatur, ex vtraque parte constitit, quinimo ex altera. 1. *Is autem præuaricator proprie dicitur, qui publico iudicio accusauerit, ceterum aduocatus non proprie præbaricator dicitur, quid ergo de eo fiet, siue priuato iudicio, siue publico præuaricatus sit, hoc est proderit causam? hic extra ordinem legi puniri.*

2. *Ulpianus libro 9. de officio proconsulis.*
Cædum, quod hodie Is, (qui) præbaricatus sunt pœna iniungitur extraordinaria.

3. *Macer libro 1. Publicorum iudiciorum.*
Præbaricationis iudicium aliud publicum, aliud moribus inducitur est. 1. *Nam si reus accusatori publico iudicio ideo, præscribat, quod dicat se eodem crimine ab alio accusatum, & absolutum: cauetur lege Iulia publicorum, vt non prius accusetur, quam de prioris accusatoris præuaricatione confiteri, & pronunciatum fuerit, huius ergo præuaricationis pronunciatum publici iudicij intellegitur.* 2. *Quod si aduocato præuaricationis crimen intendatur, publicum iudicium nõ est: nec interest, publico, an priuato iudicio præuaricatus dicatur.* 3. *Si ideo quæ accusetur, quod dicatur crimen iudicij publici defuisse: iudicium publicum non est, quia neque lege aliqua de hac re cautum est: neque per senatusconsultum, quo pœna quinque auri librarum in desistentem statuitur, publica accusatio inducitur.*

4. *Idem libro 2. publicorum iudiciorum.*
Is, de cuius calumnia agi prohibetur, præbaricator in causa iudicij publici pronunciatum sit, infamiam erit.

5. *Velleius Saturninus libro 2. publicorum.*
Alega or in præuaricatione conuictus, postea eglege non accusat.

6. *Paulus libro singulari de iudiciis publicis.*
Alteratore nostro & parte eius rescriptum est, vt in criminibus, quæ extra ordinem obliuntur, præbaricationes eadem pœna adficiantur, qua tenerentur, si ipsi in legem commississent, qua reus per præuaricationem absolutus est.

7. *Ulpianus libro 4. de Censibus.*
In omnibus causis præterquam in sanguine, quæ delatorem corrumpit, ex senatusconsulto pro victo habetur.

DE RECEPTORIBVS,

TIT. XVI.

Marcianus libro 1. publicorum iudiciorum.
Pessimum genus est receptorum, sine quibus nemo latere diu potest. Et præcipitur, vt perinde puniantur, atque latrones. In pari causa habendi sunt, quia, cum adprehendere latrones possent, pecunia accepta, vel subreptorum parte demiserunt.

2. *Paulus libro singulari de pœnis paganorum.*
Euatus est, neque absoluedos, neque seuerè admodum puniendo, non enim par est eorum delictum, & eorum, qui nihil ad se pertinentes latrones recipiunt.

DE FVRIBVS BALNEARIIS,

TIT. XVII.

Ulpianus libro 8. de officio proconsulis.

Fures nocturni extra ordinem audiendi sunt, & causa cognita puniendi. dummodo sciamus, in pœna eorum operis publici temporarij modum non elegendum. Idem & in Valnearii furibus, sed si te se fures defendunt, vel effraçtores, vel ceteri his similes, nec Ququam percusserunt: metalli pœna, vel honestiores relegationis adficiendi erunt.

2. *Marcianus* libro 2. iudiciorum publicorum. Sed si interdiu furum fecerunt, ad ius ordinatum remittendi sunt.

3. *Paulus* libro singulari de pœnis militum. Miles, qui in furto Valneario adprehensus est, in Mgnominia mitti debet.

DE EFFRACTORIBVS, ET expillaribus, TIT. XVIII.

Ulpianus libro 8. de officio proconsulis. De his, qui carcere effraçto, evasunt, sicut in supplicium Diji fratres Emilio Tironi rescriptum. Saurinius etiam probat in eos, qui de carcere eruperunt, siue effraçtis foribus, siue confpiratione cum ceteri, qui in eadem custodia erant, capiuntur, quod si per negligentiam custodum evaserint, levius puniendos.

1. *Expilatores*, qui sunt atrociores fures, (hoc enim est expilatores in opus publicum vel perpetuum, vel temporarium dari solent. honestiores autem ordine ad tempus moveri, vel fines patrie iuberi excedere. quibus nulla specialis pœna rescriptis principalibus inposita est. idcirco causa cognita liberum erit arbitrium statuendi eis, qui cognoscit. 2. *Simili modo* & faculari, & de ceteri erunt puniendi item effraçtores. Sed enim Divus Marcus effraçtorem equitem Romanum, qui effraçto perforatoque pariete pecuniam abstulerat, quinquennio abstinere iussit provincia Africa, vnde erat, & vrbe, & Italia. Oportebit autem eque & in effraçtores, & in ceteros supra scriptos causa cognita statui, prout amissum suggerit: dummodo ne quis in plebeio operis publici pecuniam, vel in honestiore relegationis excedat.

3. *Idem* libro singulari de officio præfati vigili.

Inter effraçtores varie animaduertitur. atrociores enim sunt nocturni effraçtores: & ideo hi sibi subscipi in metallum dari solent. diurni vero effraçtores post furtivum, castigationem in opus perpetuum vel temporarium dandi sunt.

EXPILATÆ HEREDITATIS, TIT. XIX.

Martianus libro 3. Institutionum. Si quis alienam hereditatem expilaverit extra ordinem solet coerceri per accusationem expilatae hereditatis, sicut & oratione Divi Marci cauetur.

2. *Ulpianus* libro 9. de officio proconsulis. Si expilatæ hereditatis crimen intendatur, præses provincie cognitionem suam accommodare debet. cum enim furti agi non potest, solum superest auxilium præsidis. 1. *Apparet* autem, expilatæ hereditatis crimen eo casu intendi posse, quo casu furti agi non potest: scilicet ante aditam hereditatem, vel post aditam, antequam res ab herede possessæ sunt. nam in hunc casum furti actionem non competere, palam est. quamvis ad exhibendum agi posse, si qui vindicaturus exhiberi desideret, palam sit.

3. *Martianus* libro 2. publicorum iudiciorum.

Divus Severus & Antoninus rescripterunt, electionem esse: utrum quis velit: crimen expilatæ hereditatis extra ordinem apud præfatum vrbi, vel apud præfates agere: an hereditatem a possessoribus iure ordinario vindicare.

4. *Paulus* libro 1. Responsorum. Res hereditarias omnium heredum fuisse communes: & ideo eum, qui expilatæ hereditatis crimen obicit, & optinuit, etiam coheredi profuisse videri.

5. *Hermogenianus* libro 1. Iuris Eptomarum. Xor expilatæ hereditatis crimine idcirco non accusatur, quia nec furti cum ea agitur.

6. *Paulus* libro 1. ad Neratium. Si rem hereditariam, ignorans in ea causa esse, subripuerit: furtum te facere respondit. *Paulus* Res hereditariæ furtum (non) furtum nec eius, quæ sine domina est. & nihil mutat existimatio subripientis.

STELLIONATVS, TIT. XX.

Papianus libro 1. Responsorum. Cio stellionatus neque publicis iudiciis, neque priuatis actionibus continetur.

2. *Ulpianus* libro 8. ad Sabinum. Stellionatus iudicium sanosium quidem non est, sed coercionem extraordinariam habet.

3. *Idem* libro 2. de officio proconsulis. Stellionatus accusatio ad præfatis cognitionem spectat. 1. *Stellionatum*, autem obicit posse his, qui dolo quid fecerint, sciendum est. scilicet si aliud crimen non sit, quod obicitur, quod enim in priuatis iudiciis de dolo actio, hoc in criminibus stellionatus persecutio vbi cumque igitur titulus criminis deficit, illic stellionatus obicitur. Maxime autem in his locum habet: Si quis forte rem alij obligatam, dissimulata obligatione, per caliditatem alij straxerit, vel permutauerit, vel in solum dederit. nam hæc omnes species stellionatum continent. Sed & si quis merces pposituerit, vel obligatas auerterit, vel si corruerit, æque stellionatus reus. Item si quis imposturam fecerit, vel collusionem in necem alterius, stellionatus poterit postulari. Et (vbi generaliter dixerim) deficiente titulo criminis, hoc crimen locum habet. nec est opus species enumerare. 2. *Pœna* autem stellionatus nulla legitima est, cum nec legitimum crimen sit. solent autem ex hoc extra ordinem plebs: dummodo non debeat opus metalli hæc pœna in plebeis egredi. in his autem, qui sunt in aliquo honore repositi, ad tempus relegari, vel ab ordine motio remittenda est. 3. *Qui* merces suppreffit, specialiter hoc crimine postulari potest.

4. *Modestinus* libro 3. de Pœnis. De perurio, si sua pignora esse quis in instrumento iuravit, crimen stellionatus sit. & ideo ad tempus exulatur.

DE TERMINO MOTO, TIT. XXI.

Modestinus libro 8. Regularum. Terminorum aullorum non multa pecuniaria est: sed pro conditione admittentium, coercionem transigendum.

4. *Callistratus* libro 3. de Cognitionibus. Divus Hadrianus in hæc verba rescriptit: Quis pœsumum factum sit eorum, qui terminos finium causa positos propulerunt, dubitari non potest. de pœna tamen modus ex conditione personæ, & mente facientis magis statui potest. nam si splendiores personæ sunt, quæ conuincuntur: non dubie occupandorum alienorum finium causa id admittunt: & possunt in tempus, ut cuiusque patitur ætas, relegari: id est si iuuenior, in longius; si senior, recisus. si vero alij negotium gesserunt, & ministerii functi sunt: castigari, & ad opus biennio dari, quod si per ignorantiam, aut foruito lapides furati fuerint, sufficere eos verberibus decidere.

5. *Idem* libro 5. de Cognitionibus. Lege

LEge agraria: quam Gaius Cæsar tulit aduersus eos, qui terminos statutos, extra suum gradum hincve mouerint, dolo malo: pecuniaria pœna constituta est. nam in terminos singulos, quos excepserint, locove mouerint, quinquaginta aureos in publico dari iubet: & eius actionem, petitionem, eis qui volent, esse iubet. 1. *Alia* quoque lege agraria, quam Divus Nerva tulit, cauetur: ut si seruus seruave, insciente domino, dolo malo fecerit: ei capitalis esse. nisi dominus dominave multam sufferre maluerit. 2. *Hi* quoque, qui finalium quæstionum obsecundarum, causa faciem locorum conuertunt, ut ex arbore arbutum, aut ex silua nouales, aut aliquid eiusmodi faciunt: pœna plebs: sunt pro persona, & conditione, & factorum violentia.

DE COLLEGIIS, ET corporibus, TIT. XXII.

Marcianus lib. 3. Institutionum.

Mandatæ principalibus præcipitur præfatis provinciarum, ne patiantur esse collegia sodalicia, neve milites collegia in castris habeant. sed permittitur tenuioribus stipendiariam conferre, dum tamen semel in mensis coeant, ne sub prætextu huiusmodi illicitum collegium coeant, quod non tam in vrbe, sed & in Italia, & in provinciis locum habere, Divus quoque Severus rescriptit.

1. *Sed* religionis causa coire non prohibentur: dum tamen per hoc non fiat contra senatusconsultum, quo illicita collegia arcentur. 2. *Non* licet autem, amplius quam unum collegium licitum habere: ut est constitutum & a Divis fratribus, & si quis in duobus fuerit: rescriptum est, eligere eum oportere, in quo magis esse velit: accepturum ex eo collegio, si quo recedit id, quod ei competit ex ratione, quæ communis fuit.

2. *Ulpianus* libro 6. de officio proconsulis.

Quisquis illicitum collegium usurpauerit, ea pœna tenetur, qua tenentur, qui hominibus armatis loca publica vel templâ occupasse iudicati sunt.

3. *Martianus* libro 2. iudiciorum publicorum.

Collegia si qua fuerint illicita: mandatæ, & constitutionibus, & senatusconsultis dissoluntur, sed permittitur eis, cum dissoluntur, pecunias, cõmunis, si quas habent, diuidere, pecuniamque inter se parti. 1. *In* summa autem nihil ex senatusconsulti auctoritate, vel Cæsaris, collegium vel quodcumque tale corpus coierit: contra senatusconsultum, & mandatæ, & constitutiones collegium celebrat. 2. *Seruos* quoque licet in collegio tenuiorum recipi, volentibus dominis: vt curatores horum

corporum sciant, ne iniusto aut ignorante domino in collegium tenuiorum recipere: & in futurum pœna teneantur in singulos homines aureorum centum.

4. *Gaius* libro 4. ad Legem duodecim tabularum.

Sodales sunt, qui eiusdem collegij sunt, quæ Græci *σύντροφον* vocant. His autem potestatis facit lex, pactionem, quæ velint, sibi ferre, dum ne quid ex publica lege corrumpant. Sed hæc lex videtur ex lege Solonis transacta esse. nam in huc ita sit: *Ἐὰν δὲ δῆμος, ἢ φράτορες, ἢ ἑρῶν ὄργισται, ἢ νεώται, ἢ σιστοί, ἢ ὀμότατοι, ἢ θιασώται, ἢ ὄπισθεν οἰχοῦντο, ἢ εἰς ἑμπόρον, ὅτι, πρὸς τῶν διαδωρῶν πρὸς ἀλλήλους, κέρσον ἔδωκεν, ἢ παρορεύσῃ δημοσία ἡράματα.* id est, si autem plebs, vel frater, vel sacerdotum sacramentalis, vel uauis, vel consumentalis, vel quæ in eodem sepulchro sepelitur, vel sodales, quæ multum simul habitantes sunt: in iuramento ad negotiationem, aut quid aliud quicquid, hi assensum, ad iniucem, firmum sit: si hoc publica leges prohibuerint.

DE POPVLARIBVS ACTIO nibus, TIT. XXIII.

Paulus libro 8. ad Edictum. Am popularem actionem dicimus, quæ suam eius populi tuetur.

1. *Idem* libro 1. ad Edictum. Si plures simul agant populari actione, prætor obligat idoneorem.

3. *Ulpianus* libro 1. ad Edictum.

Sed si ex eadem causa sepius agatur, cum idem factum sit: exceptio vulgaris rei iudicatur, opponitur. 1. *In* popularibus actionibus, is cuius interest, præteritur.

4. *Paulus* libro 3. ad Edictum.

Popularis actio integre personæ permittitur: hoc est, cui per edictum postulare licet.

5. *Idem* libro 8. ad Edictum.

Vi populari actione conuenitur, ad defensionem procuratorem dare potest. is autem, qui eam mouet, procuratorem dare non potest.

6. *Ulpianus* libro 23. ad Edictum.

Mulier & pupillo populares actiones non dantur, nisi cum ad eos res pertineat.

7. *Paulus* libro 41. ad Edictum.

Populares actiones non transeunt ad eum, cui res situta est hereditas ex Trebelliano senatusconsulto. 1. *Item* qui habet hæc actiones, non intellegitur esse locupletior.

8. *Ulpianus* libro 1. ad Edictum.

Omnes populares actiones neque in heredes dantur, neque supra annum extenduntur.

LIBER QVADRAGESIMVS OCTAVVS.

DE PVBLICIS IVDICIIS, TIT. I.

NON omnia iudicia, in quibus crimen vertitur, & publica sunt: sed ea tantum, quæ ex legibus iudiciorum publicorum veniunt: ut Iulia maritatis, Iulia de adulteriis, Cornelia de sicariis & Beneficiis, Pœpia de peculatus, Cornelia de testamentis, Iulia de vi priuata, Iulia de Bi publica, Iulia arbuti, Iulia repetundarum, Iulia de annonæ.

2. *Paulus* lib. 15. ad Edictum prætoris.

Publicorum iudiciorum quæ dicitur capitalia sunt, quædam non capitalia. Capitalia sunt, ex quibus pœna metæ, aut exilium est, hoc est æque & ignis, interdumque, per hæc enim plerumque eximitur caput de

ciuitate. nam cetera, non exilia, sed relegationes proprie dicuntur, tunc enim ciuitas retinetur. Non capitalia sunt, ex quibus pecuniaria, aut in corpus aliqua coercitio, pœna est.

3. *Ulpianus* libro 35. ad Sabinum.

Publica accusatio, reo vel rea ante defunctis, permittitur.

4. *Paulus* libro 37. ad Edictum.

Interdum evenit, ut præiudicium iudicio publico fiat, sicut in actione legis Aquiliæ, & furti, & vi bonorum raptorum, & interdicto vnde vi, & de tabulis testamenti exhibendis, nam in his de re familiarum agitur.

5. *Ulpianus* libro 8. Disputationum.

Si qui reus factus est, purgare se debet, nec amittit potest, accusare, nisi quamvis fuerit excusatus, constitutionibus officij obstruatur, ut non

relatione criminum, sed innocentia reus purgetur. Illud incertum est, virum ita demum accusare possit, si fuerit liberatus, an & si penam subiecit. est enim constitutum ab Imperatore nostro & Diuo patre eius, post damnationem accusationem quem inchoare non posse, sed hoc puto ad eos demum pertinere, qui vel civitatem, vel libertatem miserunt.

Inchoatas plane delationes ante damnationem, implere eis & post damnationem permittitur. Marcianus libro 14. Institutionum.

Defuncto eo, qui reus sit criminis, & poena extincta, in quacumque causa criminis extincti debet is cognoscere, cuius de pecuniaria re cognitio est.

7. Mater libro 2. iudiciorum publicorum.

Infamem non ex omni crimine sententia facit, sed ex eo, quod iudicij publici causam habuit. itaque ex eo crimine, quod iudicij publici non fuit, damnatum infamia non sequitur: nisi id crimen ex actione fuit, quae etiam in privato iudicio infamiam condemnato inportat: veluti furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum.

8. Paulus libro singulari de iudiciis publicis.

Ordo exercendorum publicorum capitalium in usu esse desit, durante tamen poena legum, cum extra ordinem crimina probantur.

9. Marcianus libro 1. de iudiciis publicis. Sciendum est in capitali causa suum seruum reum crimine factum, quis non defenderit, non eum pro derelicto haberi: & ideo, si absolutus fuerit, non liberum fieri, sed manere domini.

10. Papinianus libro 2. Definitionum.

Inter accusatorem & reum cognitione suscepta, excusatio pro absente iustis rationibus admittitur. nec per triduum per singulos dies ter citatus reus damnatur, vel de accusatoris absentis praesente reo calumnia pronuntietur.

11. Marcianus libro 10. de iudiciis publicis.

Seruus etiam per procuratorem domini, & quae ad se per dominum, defendi potest.

12. Modestinus libro 3. de Poenis.

Custodias auditurum tam clarissimos viros, quam patronos causarum, si omnes in civitate prouinciae, quam regit, agunt, adhiberi debere: & feriatibus diebus custodias audiri posse, rescriptum est: ita ut innoxios dimittat, & nocentes, qui duriores animaduersionem indigent, differat.

13. Papinianus libro 15. Responsorum.

Accusatore defuncto, res ab alio, iudicante praeside prouinciae, peragi potest. Ad crimen iudicij publici persequendum frustra procurator interuenit, multoque magis ad defendendum: sed excusationes absentium ex senatusconsulto iudicibus allegantur: & si iustam rationem habeant, sententia differtur.

14. Idem libro 16. Responsorum.

Generi seruis a facere veneficij accusatis praesides prouinciae patrem calumniam intulisse pronuntiauerat, inter infames patrem defunctum non habendum, respondi: quoniam, etsi publicum iudicium inter liberos de morte filij constitisset, citra periculum pater vindicaretur.

DE ACCUSATIONIBVS, ET INSCRIPTIONIBVS TIT. II.

Pomponius libro 1. ad Sabinum. Non est permittum mulieri, publico iudicio quemquam reum facere: nisi scilicet parentum liberorumque, & patroni & patronae, & eorum filij, filiae, nepotis, neptis morte exequatur.

2. Papinianus libro 2. de Adulteriis.

Certis ex causis concessa est mulieribus publica accusatio, veluti si morte exequantur eorum cuiusque, in quo ex lege testimonium publicorum

inuit non dicunt, idem & in lege Cornelia testamentaria senatus statuit, sed & de testamentis patrum liberi vel materni mulieribus publico iudicio dicere permittum est. Pupillis, ex consilio tutorum, patris mortem item pupillae cui sui mortem exequi, concessum est: leges autem testamentariae, nam de patris quidem testamento pupillis agere Diuus Vespasianus permittit: sed quasi non exhibentur tabulae, per interdictum postest experiri.

3. Paulus libro 3. de Adulteriis.

Libellorum inscriptionis conceptio talis est: Consul & dies, apud illud praetorem vel proconsulem Lucius Titius professus est, se Marciam lege Iulia de adulteriis ream deferre, quod dicit, eam cum Gaius Scio in ciuitate illa, domo illius, mense illo, consiliis illis, adulterium commisisse. Vtique enim & locus designandus est, in quo adulterium commissum est, & persona, cum qua admissum dicitur: & mens, hoc enim lege Iulia publicorum cauetur, & generaliter praecipitur omnibus, qui reum aliquem deserunt. Neque autem diem, & sequae horam inuitus comprehendit. Quod si libelli inscriptionum legitime ordinati non fuerint, rei nomen a Voletura, & ex integro repetendi reum potestas fiet. Item subscribere debet is, qui dat libellos, se professum esse vel alius pro eo, si literas nesciat. Sed & si aliud crimen obicitur, veluti quod domum suam praebuit, ut suprium materfamilias pateretur, quod adulterium deprehensum dimiserit, quod pretium pro comperto supro acceperit, & si quid simile id ipsum libellis comprehendendum erit. Si autem accusator decesserit, aliaque quae causa ei impediit, quominus accusare possit: & si quid simile nomen rei aboletur, postulant reo, idque & lege Iulia de vi, & senatusconsulto cautum est, ita ut liceat alij ex integro repetere reum, sed intra quod tempus, videbimus, & vique triginta dies vtilis obseruandi sunt.

4. Papinianus libro 2. de Adulteriis.

Is, qui iudicio publico damnatus est, ius accusandi non habet: nisi liberorum, vel patronorum suorum mortem eo iudicio, vel rem suam exequatur. Sed & calumnia notatis ius accusandi ademptum est. Item hi, qui cum Vestibus depugnandi causa in harenam intromissi sunt: quive artem Iudicram vel Lenocinium fecerint: quive praeruaricationis, calumniae causa quid fecisse iudicio publico pronuntiatum erit: quive ob hoc accusandum, negotiumve cui faciliendum, pecuniam accepisse iudicatus erit.

5. Idem libro 3. de Adulteriis.

Seruos quoque adulterij posse accusari, nulla dubitatio est. Sed qui prohibentur adulterij liberos homines accusare, idem seruos quoque prohibentur. Sed ex rescripto Diui Marci etiam aduegus proprium seruum accusationem, instituire dominus potest post hoc igitur rescriptum accusandi necessitas incumbet, domino seruum suum. Ceterum iuste mulier nupta praescriptione vtetur.

6. Idem libro 2. de officio proconsulis.

Leuis crimina audire & discutere de plano proconsulem oportet, & vel liberare eos quibus obicitur, vel subilibus castigare, vel flagellis seruos verberare.

7. Idem libro 7. de officio proconsulis.

Si cui crimen obicitur, praecedere debet in crimen subscriptio, quae res ad id inuenta est, ne facile quis proficiat ad accusationem, cum sciat inultam sibi accusationem non futuram.

8. Cautione itaque singuli, quod crimen obiciat, & praeterea persecuturos se in crimine vtique ad sententiam. Hisdem criminibus, quibus quis liberatus est, non debet praesides pati eundem accusari. & ita Diuus Pius Saluio Valenti rescripsit, sed hoc vtrum ab eodem, an nec ab alio

accusari possit, videndum est, & putem: quoniam res inter alios indicat: alij non per iudicantibus is, qui nunc accusator exstitit, suum dolorem persequatur, doceatque ignorare se accusationem ab alio institutam: magna ex causa admitti eum ad accusationem debet. Si tamen alio crimine postuletur ab eodem, qui in alio crimine eum calumniatus est: puto, non facile admittendum eum, qui semel calumniatus sit, quomodo filij accusatoris admitti oportere, aliam accusationem instituentem aduersus eum, quem pater accusauerat, Diuus Pius Iulio Canadio rescripsit. Idem Imperator rescripsit, seruos ibi puniendos, vbi deliquit arguantur, dominumque eorum, si velit eos defendere, non posse non reuocari in prouinciam suam, sed ibi oportere defendere, vbi deliquerint. Cum factis iugum admittum esset in aliqua prouincia, deinde in alia minus crimen: Diuus Pius Pontio Proculo rescripsit, postquam cognouerit de crimine in sua prouincia admitti, vt reum in eam prouinciam remitteret, vbi facilius admittit.

8. Mater libro 2. de publicis iudiciis.

Qui accusare possunt intellegimus, si scierimus, qui non possunt, itaque prohibentur accusare alij propter texum, vel etatem, vt mulier, vt pupillus, alij propter testamentum, vt qui stipendium merent, alij propter magistratum, potestateque, in qua agentes sine fraude in ius euocari non possunt, alij propter delictum proprium, vt infames, alij propter turpem quatum, vt qui duo iudicia aduersus duos reos sub scripta habent, num. n. vt ob accusandum vel non accusandum acceperint, alij propter conditionem suam, vt libertini contra patronos.

9. Paulus libro 5. Sententiarum.

Alij propter suspicionem calumniae, vt illi, qui aliam testimonium subornati dixerunt.

10. Hermogenianus libro sexto Iuris Epitomarum.

Nonnulli propter paupertatem, vt sunt, qui minus quam quinquaginta aures habeant.

11. Mater libro 2. de publicis iudiciis.

Hi tamen omnes, si suam iniuriam exequantur, non tamen propinquorum defensionem, ab accusatione non excluduntur. Licet libertique non sunt prohibendi, iurium reum defendenda tunc gratia de facto parentum, patronorumve querunt, veluti si dicant, vt se a possessione ab his expulsos, licet non vt crimen eis intendant, sed vt possessionem recipiant, nam & filius non quidem prohibitus est de facto matris, quersis dicat iuppositum ab ea partem, quo magis coheredem haberet: sed ream eam lege Cornelia facere, permittum ei non est. Ab alio delatum alij deferre non potest, sed eum, qui, abolitione publica vel priuata interueniente aut desistente accusatione, de reis exemptus est, alius deferre non prohibetur.

12. Paulus libro 2. de iudiciis publicis.

Hoc accusare non licet: legatum imperatoris, id est praesidem prouinciae, ex sententia Lentuli dicta Sulla & Trione consulibus, item legatum prouinciae eius dumtaxat criminis, quod ante commiserit, quam in legationem venerit, item magistratum populi Romani: tumve, qui reipublice causa afuerit, dum non retractandae legis causa abest. Hoc beneficium etiam in reos recepti vt possunt, si abolitione interueniente repeti se non debere contendant, secundum epistulam Diui Hadriani ad Glabrianem consulens rescriptam.

13. Lege Iulia iudiciorum publicorum cauetur, ne eodem tempore de duobus reis quis quereretur, nisi suarum iniuriarum causa.

14. Si seruus reus postulat, eadem obseruanda sunt, quae si liber esset, ex senatusconsulto Cotta

& Messala consulibus.

Omnia autem legibus serui rei sunt, excepta lege Iulia de vi priuata: quia ea lege damnati, partis tertiae bonorum publicatione puniuntur, quae poena in seruum non cadit. Idemque dicendum est in ceteris legibus, quibus pecuniaria poena irrogatur, vel etiam capitis, quae seruorum poenis non conuenit: sicuti relegatio. Item nec lex Pompeia parricidij: quoniam caput primum eos adprehendit, qui parentes cognatove aut patronos occiderint: quae in seruos, quantum ad verba pertinet, non cadunt, sed cuius natura est communis, similiter & in eos animaduertetur. Item Cornelia iniuriarum seruum non debere recipi reum, Cornelius Sulla auctor fuit, sed durior ei poena extra ordinem imponenda.

13. Marcianus libro 1. de publicis iudiciis.

Mulierem propter publicam vtilitatem ad annum pertinenciam audiri a praeside annoque deferentem, Diuus Seuerus & Antoninus rescripserunt, famosi quoque accusantes sine vlla dubitatione admittuntur. Milites quoque, qui causas alienas deferre non possunt, qui pro pace excubant, vel magis ad hanc accusationem admittendi sunt. Serui quoque deferentes audiuntur.

14. Paulus libro 2. de officio proconsulis.

Senatus censuit, ne quis ob idem crimen pluribus legibus reus fieret.

15. Papinianus libro 26. ad Edictum.

In eum, cuius dolo malo hominibus coactis danti quid datum esse dicatur, non debet cogi actor, quoniam nulla actione cuiuslibet, crimen intendere.

16. Idem libro 2. de officio Consulis.

Si plures existant, qui eum in publicis iudiciis accusare volunt, iudex eligere debet eum, qui accuset, causa si licet cognita, estimatis accusatorum personis, vel de dignitate, vel ex eo, quod interest, vel etate, vel moribus, vel alia iusta de causa.

17. Modestinus libro 6. Differentiarum.

Si seruum dominus in crimine capitali defendat, sistendum fatidato promittere iubetur.

18. Idem libro 17. Responsorum.

Cum Titia testamentum Gaij fratris sui falsum arguere minaretur, & tolemnia accusationis non impleuit intra tempus a praeside praefinitum: praesides prouinciae iterum prouocauit, non posse illam amplius de falso testamento dicere, aduersus quas sententias Titia non procurauit: sed dixit, se post finitum tempus de irrito testamento dicere, quoniam Titia, quae non appellauit aduersus sententiam praesidis, possit ad falsi accusationem postea reuerti, respondit, nihil aperte proponi, propter quod aduersus sententiam auctoritatem de falso agens audienda sit.

19. Callistratus libro 5. de Cognitionibus.

Dui fratres rescripserunt, non debere cogi heredes accusatorum, exequi crimina.

Item non oportere compelli accusatorem plures reos facere, Diuus Hadrianus rescripsit.

20. Modestinus libro 2. de Poenis.

Ex iudiciorum publicorum admittis non aliam transeunt aduersus heredes poenam bonorum ademptionis: quam si his contestata & condemnatio fuerit secuta: excepto repetundarum, & maiestatis iudicio, quae etiam mortuis reis, cum quibus nihil actum est, adhuc exerceri placuit, vt bona eorum sisco vindicentur, adeo vt Diuus Seuerus & Antoninus rescripserint, ex quo quis aliquid ex his causis crimen contraxit, nihil ex bonis suis alienare, aut manumittere eum posse. Ex ceteris verò delictis poena incipere ab herede ita demum potest, si viuo reo accusatio mota est, licet non ius condemnatio secuta.

21. R. piniatus lib. 15. Responsorum. Capitius reus, suspensus crimine, causam sisco referre non prohibetur.

22. Idem lib. 16. Responsorum. Alerius provincie reus apud eos accusatur, & damnatur, apud quos crimen contra eum ostenditur. quod etiam in militibus esse obseruandum, optimi principes nostri generaliter rescripserunt.

DE CUSTODIA, ET EXHIBITIONE REORUM,

III. III.

Ulpianus libro 2. de officio proconsulis.

DE custodia reorum proconsul estimare solet, vtrum in carcerem recipienda sit persona, an militi tradenda, vel fideiussoribus committenda, vel etiam sibi. hoc autem vel pro crimine, quod obicitur, qualitate, vel propter honorem, aut propter amplissimas facultates, vel pro innocenti persona, vel pro dignitate eius, qui accusatur, sacre solet.

7. Papianus libro 1. de Adulteriis.

SI seruus capitali crimine postulare lege publicorum cauetur, ut sitendum vel ab extero satisfactum promittatur. quod si non defendatur, in vincula publica coici iubetur, ut ex vinculis causam dicat. 3. Solet itaque tractari, an postea domino permittendum sit, ob na satisfactione seruum summi vinculis liberare. de liberatione auget editum Domitiani: quo cautum est, abolitiones ex senatusconsulto factas ad huiusmodi seruos non pertinere. na & lex ipsa prohibet eum absolui, prius quam de eo iudicetur. Sed hanc interpretatio peritura, permissum seuera est in eo, cuius dominus abiens fuit, vel quod per inopiam illo momento temporis satisfactionem implere non potuit, neque enim pro indefenso delictus recte dici potest, qui dominum presentem non habuit, vel habuit paratum defendere, pauperem tamen quod vique facilius admitti poterit, si non post longum temporis spatium hoc desideratur. 2. Qui exhibendi postulati sunt, propter aliam causam accipiuntur ex senatusconsulto, quod in privatis quoque causis & hominibus sub fideiussore factis obseruatur, nisi ex hoc temporalis actio in periculum cadat.

3. Ulpianus libro 7. de officio proconsulis.

DIUS Pius ad epistulam Antiocherisum Græcæ rescripsit, non esse in vincula coiciendum eum, qui fideiussores dare paratus est: nisi si tam graue scelus admisit eum contra, ut neque fideiussoribus, neque militibus committi debeat, verum hanc ipsam carceris poenam ante supplicium sustinere.

4. Idem libro 9. de officio proconsulis.

SI quis reum criminis, pro quo satisfecit, non exhiberet: poena pecuniaria placetur, puto tamen si non exhibeat, etiam extra ordinem esse damnandum. sed si neque in cautione, neque in decreto pro fidei certis quantitas comprehensa est, ac ne coactio ostendat, quæ certam formam habet: præsertim de modo pecunie, quæ inferri oportet, statuet.

5. Papianus libro 2. de iudiciis publicis.

SI confessus fuerit reus: donec de eo pronuntietur, in vincula publicæ coiciendus est.

6. Marcianus lib. 2. de iudiciis publicis.

DIUS Hadrianus Iulio Secundo ita rescripsit: Præter aliam rescriptam esse non esse vique epistulis eorum credendum, qui quasi damnato ad præsidem remiserint. Idem de irenarchis præceptum est, quæ non omnes ex fide bona clogia scribere cogentur est. Sed & caput mandatorum extat, quo DIUS Pius, cum præsentia Alia præerat, sub edito

proposuit, ut irenarchæ cum apprehenderint latrones, interrogent eos de sociis, & de receptatoribus, & interrogationes litteris includas atque ob signatas ad cognitionem magistratus mittant. Igitur qui cum clogio mittuntur, ex integro audiendū sunt, csi per litteras missi fuerint, vel etiam per irenarchas perducti. Sic & DIUS PIUS, & alij principes rescripserunt, ut etiam de his, qui requirendi adnotati sunt, non quasi pro damnatis, sed quasi re integra quærat, si quis erit, qui eum arguat. Et ideo cum quis dicitur: *procurator, seu inquisitor, aut faceret*, iuberi oportet venire irenarcham, & quod scripserit, exsequi. & si diligenter ac fideliter hoc fecerit, conlaudandum eum, si parum prudenter, non exquiritis argumentis: simpliciter denotare, irenarcham minus retulisse. sed si quid malignè interrogasse, aut non dicta retulisse, quod dictis eum compererit: ut vindicet in exemplum, no quid & aliud postea tale facere moliat.

7. Idem libro 2. de officio proconsulis.

SOLENT præfices provinciarum, in quibus delicti sententia ad collegas suos, ubi factores agere dicuntur, & desiderare, ut eum persecutoribus ad se remittantur. & id quoque quibusdam rescriptis declaratur.

8. Paulus libro singulari de penis militum.

CARCI propositus si pretio corruptus, sine vinculis agere custodiam, vel ferrum vinctum in carcerem inferri passus est: officio iudicij puniendus est, si nescit, ob negligentiam remouendus est.

9. Ulpianus libro 1. de officio proconsulis.

DE militibus ita seruat, ut ad eum remittantur, si quid deliquerint, sub quo militabunt. si autem qui exercitum accipit, etiam ius animaduertendi in milites calligatos habet.

10. Idem libro 2. de officio proconsulis.

NE quis receptam custodiam sine causa demittat, mandatis ita cautur: Si quos ex his qui in cunctibus sunt, celeriter & sine causa solutos a magistratibus cognoueris, vinciri iubebis: & his, qui soluerint, multam dices, nam cum seierint sub quoque molestia futurum magistratus, si facili soluerint vincitor: non indifferenter de cetero facient.

11. Celsus libro 37. Digestorum.

NON est dubium, quibus, cuius, umque est provincia homo, qui ex custodia producit, cognoscere debeat, isque ei provincia præstet, in qua provincia agit. 1. Si illud a quibusdam obseruatur: solerit, cum cognouit, & constituit, vnde id cum elogio ad eum, qui provinciam præstet, vnde is homo est, quod ex causis faciendum est.

12. Callistratus lib. 5. de Cognitionibus.

MILITES si amiserint custodiam, ipsi in periculum adducuntur. nam DIUS Hadrianus Statilio Secundo legato rescripsit, quotiens custodia militibus euaserit, exquiri oportere, vtrum nimia negligentia militum euaserit, an eam: & vtrum vnus ex pluribus, an vnus plures. & ita demum adficiendos supplicio milites, quibus custodia euaserit, si culpa eorum nimia deprehendatur, alioquin pro modo culpæ in eos statuendum. Saluo quoque legato Aquitania idem princeps scripsit: in eum, qui custodiam dimisit, aut ita sciens habuit, ut possit custodia euadere, animaduertendum. si tamen per vinum, aut desidiam custodiam id euenerit: castigandum eum, & in deteriorem militiam dare. si vero sortitio amiserit, nihil in eum statuendum.

13. Idem libro sexto de Cognitionibus.

SI paganus euaserit custodia: idem puto exquirendum, quod circa militum personas exquirendum retuli.

14. Idem libro sexto de Cognitionibus.

IN eos, qui, cum recepti essent, in carcerem, &

sptrauerint, ut ruptis vinculis & cetero carcere euadant, amplius, quam causa, ex qua recepti sunt, reposita, constituendum est. quoniam innocentes inueniantur ex ea crimine, propter quod in pacti sunt in carcerem: tamen puniendi sunt. Eos vero, qui conspirationem eorum detexerint, releuandos.

14. Hecennius Maiestatis libro 4. de penis.

NON est facile tironi custodia credenda. nam ea prodita, si culpa reus est, qui eam ei commisit.

1. Nec vni, sed duobus custodia committenda est. 2. Qui si negligentia amiserit, pro modo culpæ, vel castigatur, vel militiam mittunt. quod si leuis persona custodiz fuit, castigari restantur.

nam si inuentione custodiam quis miserit, militiam mittit. fraudulenter autem si fuerit versatus in dimittenda custodia, vel capite puniatur, vel in extramun gradum militiz datur. Interdum venia datur, nam cum custodia cum altero custode simul fugisset, alii venia datur est.

3. Sed si se custodia interfecerit, vel precipitante: in illi culpa adscribitur, id est, castigabitur.

4. Quod si ipse custo custodia interfecerit, hominibus reus est. 5. Ergo si calu custodia defuncta deatur, testationibus id probandum est. & sic venia dabitur. 6. Solet præterea, amissa culpa custodia, si tamen interfecti, eam apprehendi, tempus, causa cogentia, militi dari ad eam requirendam, applicito ei dho milite. 7. Quod si fugitium domino reddendum prodiderit: facultates habeat: domino pretium reddere in Veri, Saturnus probat.

AD LEGEM IULIAM MAIESTATIS, Tit. IIII.

Ulpianus libro 7. de officio proconsulis.

PROXIMUM scribere legio crimen est, quod maiestatis dicitur. 1. Maiestatis autem crimen illud est, quod aduersus populum Romanum, vel aduersus securitatem eius committitur, quo tenetur i, cuius opera do malo consilium inuim erit, quo oblidet iniussu principis intercederent, qui arma homines cum telis lapidibus in vrbe sint, conueniunt aduersus rempublicam. loca occupant, vel templa, quove cætus conueniunt, homines ad seditionem conuocentur. cuiusve opera consilio dolo malo consilium inuim erit, quo quis magistratus populi Romani, quive imperium potestatem habet, occidat. quove quis contra rempublicam arma ferat. quive homibus populi Romani nuntium, litterasve miserit, signumve dederit, feceritve dolo malo, quod hostes populi Romani consilio inuentur aduersus rempublicam. quive milites sollicitauerit, concitauerit, quo seditio, tumultusve aduersus rempublicam fiat.

2. Idem libro 8. Disputationum.

QVIVE de provincia, aut ei successum esset, non discedit, aut qui exercitum duxerit, vel priuatus ad hostes per fugit, quive sciens saluum conscripsit, vel recitari in tabulis publicis: nam & hoc capite primo lege maiestatis enumeratur.

3. Marcianus libro 14. Institutionum.

EX duodecim tabularum iure, eum, qui hostem concitauerit, quive cinem hosti tradiderit, capite puniri. Lex autem Iulia maiestatis præcipit, eum, qui in vestram publicam laxerit, teneri, qualis est ille, qui in bellis cesserit, aut arcem tenuerit, aut castra ce nesserit. Eadem lege tenetur, & qui iniussu principis bellum gesserit, dilectumve habuerit, exercitum comparauerit. quive, cum ei in provincia successum esset, exercitum successoris non tradidit, quive in periculum exercitumve populi Romani desererit,

quive priuatus pro potestate magistratusve quid sciens dolo malo gesserit, quive quid eorum, quæ supra scripta sunt, facere curauerit.

4. Scævola libro 4. Regularum.

CUIUSQUE dolo malo iurjurando quis adactus est, quo aduersus rempublicam faciat, cuiusve dolo malo exercitus populi Romani in insidias deductus, hostibusve proditus erit. sed dolo malo cuius dicitur, quo minus hostes in potestate populi Romani veniant. cuiusve opera dolo malo hostes populi Romani committantur armis, telis, equis, pecuniis, aliave qua re adiuti erunt, vive ex amicis hostes populi Romani fiant. cuiusve dolo malo factum erit, quod rex extere nationis populo Romano minus obtemperet. cuiusve opera dolo malo factum erit, quo magis oblidet, pecunia, iumenta hostibus populi Romani dentur aduersus rempublicam. Item qui confessum in iudicio reum, & propter hoc in vincula coniectum, miserit. 1. Hoc crimine liberatus est a senatu, qui statuas imperatoris reprobata confluat.

5. Marcianus libro 5. Regularum.

NON contrahit crimen maiestatis, qui statuas Cesaris venulata corruptas fecerit.

1. Nec qui lapide iactato incerto fortuito statuas attigerit crimen maiestatis commisit. & ita Severus & Antoninus Iulio Casiano rescripsit. runt.

2. Idem Pontio rescripserunt, non videri contra maiestatem fieri ob imagines Cesaris nondum consecratae venditas.

6. Uenuleius Saturninus libro Secundo de iudiciis publicis.

VI statuas aut imagines Imperatoris iam consecratae confluat, aliave quid simile admiserint, lege Iulia maiestatis tenentur.

7. Modestinus libro 12. Pandectarum.

AMOSI qui ius accusandi non habent, sine vlla duntaxatione admittuntur ad hanc accusationem.

1. Sed & milites, qui causas alias defendere non possunt, nam qui pro pace exubant, magis magisque ad hanc accusationem admittendi sunt.

2. Serui quoque deserentes audiuntur, & quidem dominos suos, & liberi patronos.

3. Hoc tamen crimen a iudicibus non in occasionem ob principalis maiestatis venerationem habendum est, sed in veritate. nam & personam spectandam esse, an potuerit facere, & an ante quid fecerit, & an cogitauerit, & an sanæ mentis fuerit, nec lubricum lingue ad penam facile trahendum est. quanquam enim temerarij digni poena sint, tamen in infans illis parcendum est, si non tale sit delictum, quod vel ex scriptura legis descendit, vel ad exemplum legis vindicandum est. 4. Crimen maiestatis factum vel violatis statuis vel imaginibus, maxime exactur in milites.

8. Papianus libro 13. Responsorum.

IN quæstionibus læsæ maiestatis etiam mulieres laudantur: conuentionem denique Sergij Catilinae (ubi) mulier detexit, & Marcum Tullium consulem iudicium eius intruxit.

9. Hebergerianus libro 5. Iuris Epitomarum.

ETORUM qui maiestatis crimine damnati sunt, liberorum bona liberis damnatorum conservari, DIUS Severus decrevit: & tunc demum sisco vindicari, si nemo damnari librorum existat.

10. Idem libro 6. Iuris Epitomarum.

MAIESTATIS crimine accusari potest, cuius ope consilio dolo malo provincia vel ciuitas hostibus prodita est.

11. Ulpianus libro 8. Disputationum.

IS, qui in reatu decedit, integri status decedit. Extinguitur enim crimen mortalitate, nisi forte quis maiestatis reus fuit, nam hoc crimine, nisi a successoribus purgari, hereditas sisco vindicatur. Planè non quisque legis Iulie maiestatis